## THE LOEB CLASSICAL LIBRARY

FOUNDED BY JAMES LOEB, LL.D.

EDITED BY E. H. WARMINGTON, M.A., F.R.HIST.SOC.

#### FORMER EDITORS

†Т. Е. PAGE, с.н., LITT.D.	†E.CAPPS, ph.d., ll.d.
†W. H. D. ROUSE, LITT.D.	† L. A. POST, г.н.д.

# THE ELDER SENECA II

CONTROVERSIAE

7-10

SUASORIAE

ELDER SENECA

DECLAMATIONS

IN TWO VOLUMES

TRANSLATED BY M. WINTERBOTTOM FELLOW OF WORCESTER COLLEGE, OXFORD

VOLUME 2

CONTROVERSIAE

воокѕ 7-10

SUASORIAE



CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS HARVARD UNIVERSITY PRESS

LONDON WILLIAM HEINEMANN LTD MCMLXXIV © The President and Fellows of Harvard College 1974

American ISBN 0-674-99511-2 British ISBN 0-434-99464-2

## **CONTENTS**

#### 

Printed in Great Britain

## CONTROVERSIARUM

266M

## LIBER SEPTIMUS

#### SENECA NOVATO, SENECAE, MELAE FILIIS SALUTEM.

Instatis mihi cotidie de Albucio: non ultra vos 1 differam, quamvis non audierim frequenter, cum per totum annum quinquiens sexiensve populo diceret (et)<sup>1</sup> ad secretas exercitationes non multi inrumperent; quos tamen gratiae suae paenitebat: alius erat cum turbae se committebat, alius cum paucitate contentus erat. Incipiebat enim sedens, et si quando illum produxerat calor exsurgere audebat. Illa intempestiva in declamationibus eius philosophia sine modo tunc et sine fine evagabatur; raro totam controversiam implebat: non posses dicere divisionem esse, non posses declamationem; tamquam decla- 267M mationi multum deerat, tamquam divisioni multum supererat. Cum populo diceret, omnes vires suas advocabat et ideo non desinebat. Saepe decla-

<sup>1</sup> Supplied by Kiessling

## BOOK 7

#### PREFACE

#### SENECA TO HIS SONS NOVATUS, SENECA AND MELA GREETINGS

You keep on at me every day about Albucius. I 1 shall not put you off any longer, though I didn't hear him very often; in a whole year he would speak five or six times in public, and on his private exercises few intruded. But those who did regretted showing him this attention; he was one man when he entrusted himself to a crowd, another when he contented himself with a small audience. He used to start off sitting down, and if his passion carried him on he would venture to get up.<sup>1</sup> His celebrated philosophical observations,<sup>2</sup> which were quite out of place in declamation, then wandered on without restraint and without end. He rarely completed a whole controversia; you couldn't call it a division-or a declamation: for a declamation, it lacked much, for a division it had much that was superfluous. But whenever he spoke in public he used to summon up all his powers,

- <sup>1</sup> We learn the same from Suet. Gr. Rhet. 30.3.
- <sup>2</sup> Cf. C. 1.3.8; 1.7.17; 7.6.18.

mante illo ter bucinavit, dum cupit in omni controversia dicere non quidquid debet dici sed quidquid potest. Argumentabatur moleste magis quam subtiliter: argumenta enim argumentis colligebat, et, quasi nihil esset satis firmum, omnes probationes probationibus aliis confirmabat.

2 Erat et illud in argumentatione vitium, quod quaestionem non tamquam partem controversiae sed tamquam controversiam implebat. Omnis quaestio suam propositionem habebat, suam exsecutionem, suos excessus, suas indignationes, epilogum quoque suum. Ita unam controversiam exponebat, plures dicebat. Quid ergo? non omnis quaestio per numeros suos implenda est? Quidni? sed tamquam accessio, non tamquam summa. Nullum habile membrum est si corpori par est.

Splendor orationis quantus nescio an in ullo alio fuerit. Non hexis magna, sed phrasis. Dicebat enim citato et effuso cursu, sed praeparatus. Extemporalis illi facultas, ut adfirmabant qui propius 268M norant, non deerat, sed putabat ipse sibi deesse. Sententiae, quas optime Pollio Asinius albas vocabat, simplices, apertae, nihil occultum, nihil insperatum 3 adferentes, sed vocales et splendidae. Adfectus efficaciter movit, figurabat egregie, praeparabat

and so he didn't stop. Often while he was speaking the trumpet would blow three times,<sup>1</sup> for in every controversia it was his wish to say not what ought to be said but what is capable of being said. He argued laboriously rather than subtly; he used argument to prove argument,<sup>2</sup> and as though there were no firm ground anywhere confirmed all his proofs with further proofs.

His argumentation had the further fault that he 2 would develop a question not as part of a controversia but as a controversia. Every question had its own statement, its treatment, its digressions, its appeals to anger, even its epilogue. Thus it was that he set himself a single theme, but actually spoke a number of themes. You may ask: shouldn't every question be developed in all its detail? Of course, but as an adjunct, not as the whole. No limb is manageable if it is as large as the body.

He had distinction of style perhaps unequalled by anyone else. He had no great facility,3 but consummate diction. For he spoke in a swift onrush, yet with premeditation. He wasn't without the ability to extemporise, according to his more familiar friends, but he thought he was. His epigrams, which Asinius Pollio excellently called "white," 4 were simple, open, bringing no hidden or unexpected point with them, merely resonant and brilliant. He was effective 3

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The phrase is puzzling. The trumpet blew at the end of each watch of the night (vigilia), and each watch consisted of three hours. It is difficult, however, to imagine that Albucius spoke so long, and at night.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Or: "amassed argument upon argument."
<sup>3</sup> For *hexis* see Quintilian 10.1.1: it is the assured ability to compose that arises from constant reading and study.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Perhaps with a pun on the declaimer's name, as a variant on the usual candidus (cf. e.g. Quintilian 10.1.73 on the unaffected Herodotus).

suspiciose. Nihil est autem tam inimicum quam manifesta praeparatio; apparet enim subesse nescio quid mali. Itaque moderatio<sup>1</sup> est adhibenda, ut sit illa praeparatio, non confessio. Locum beate implebat. Non posses de inopia sermonis Latini queri cum illum audires: tantum orationis cultae fluebat. Numquam se torsit quomodo diceret, sed quid diceret. Sufficiebat illi in quantum voluerat explicandi vis; itaque ipse dicere solebat, cum vellet ostendere non haesitare se in electione verborum: cum rem animus occupavit, verba ambiunt.

Inaequalitatem in illo mirari<sup>2</sup> licebat. Splendidissimus erat; idem res dicebat omnium sordidissimas—acetum et puleium et †dammam et philerotemț<sup>3</sup> lanternas et spongias: nihil putabat esse quod 269M 4 dici in declamatione non posset. Erat autem illa causa: timebat ne scholasticus videretur. Dum alterum vitium devitat, incidebat in alterum, nec videbat nimium illum orationis suae splendorem his admixtis sordibus non defendi sed inquinari; et hoc aequale omnium est, ut vitia sua excusare malint quam effugere. Albucius enim non quomodo non

<sup>1</sup> Warmington suggests malitiae. Moderatio ...

<sup>2</sup> inequalitatem—mirari M: (i)ndequalitate(m)—mirari non ABV.

<sup>3</sup> These words appear only in the excerpta MSS, and should probably be deleted.

at rousing emotion, excellent at figures,<sup>1</sup> skilled at allusiveness in his preparation. Now nothing is more prejudicial than obvious preparation:<sup>2</sup> for it makes it clear that something bad lurks beneath. So you must be restrained, so that it remains preparation without lapsing into explicit statement. He could fill out topics lavishly. No-one could complain of the poverty of Latin<sup>3</sup> if he heard Albucius such was the flow of his polished language. He never agonised over how to say things, merely over what to say. He had the gift of developing a topic to the extent he desired; and so he himself used to say, in order to illustrate his lack of hesitation in the choice of words: "When my mind has taken hold of something, the words come eagerly flocking round."<sup>4</sup>

It was legitimate to be surprised by his unevenness of quality. He was full of polish—yet he could name the most sordid possible things, vinegar and flea-mint and lanterns and sponges: there was nothing, he thought, that one could not mention in a declamation. The reason was this: he was afraid of being thought a 4 schoolman.<sup>5</sup> While avoiding one fault he fell into another, and failed to see that his exceedingly brilliant style was not safeguarded but polluted by the admixture of these vulgarities. And indeed it is equally true of all men that they prefer thinking of excuses for their vices to keeping clear of them.<sup>6</sup> Actually Albucius wasn't seeking to avoid being a

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Bornecque compares C. 1.2.16 and other places where Albucius gave a "figure" to the whole plan of his declamation.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cf. C. 1 pr. 21: "magis nocent insidiae quae latent."

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Cf. Lucr. 1.832: challenged by Cicero, e.g. Nat. Deor. 1.8.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Cf. Hor. Ars Poet. 311: "verbaque provisam rem non

invita sequentur," itself a variant on Cato's "rem tene, verba sequentur."

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> Both fact and motive are given by Suet. Gr. Rhet. 30.3.
<sup>6</sup> Cf. Sen. Ep. 116.8: "We prefer excusing our vices to

<sup>&</sup>lt;sup>6</sup> Cf. Sen. *Ep.* 116.8: "We prefer excusing our vices to excising them."

esset scholasticus quaerebat, sed quomodo non videretur. Nihil detrahebat ex supervacuo strepitu; haec sordida verba ad patrocinium aliorum adferebat. Hoc illi accedebat inconstantia iudicii: quem proxime dicentem commode audierat imitari volebat. Memini omnibus illum omissis rebus apud Fabianum philosophum, tanto iuveniorem quam ipse erat, cum 5 codicibus sedere; memini admiratione Hermagorae stupentem ad imitationem eius ardescere. Nulla erat fiducia ingenii sui, et ideo adsidua mutatio; itaque dum genera dicendi transfert et modo exilis esse volt nudisque rebus haerere, modo horridus et valens potius quam cultus, modo brevis et concinnus, modo 270M nimis se attollit, modo nimis se deprimit, ingenio suo inlusit et longe deterius senex dixit quam iuvenis dixerat; nihil enim ad profectum aetas ei proderat, cum semper studium eius esset novum. Idiotismos est inter oratorias virtutes res quae raro procedit; magno enim temperamento opus est et occasione quadam. Hac virtute varie usus est: saepe illi bene cessit, saepe decidit. Nec tamen mirum est si difficulter adprehenditur vitio tam vicina virtus. Hoc nemo praestitit umquam Gallione nostro 6 decentius. Iam adulescentulus cum declamaret, apte et convenienter et decenter hoc genere utebatur; quod eo magis mirabar quia tenera aetas refugit

#### CONTROVERSIAE 7. PREFACE 4-6

schoolman-merely being thought one. He wouldn't cut out any of his superfluous noise; these sordid words he brought in to back up others.<sup>1</sup> He was also afflicted by vacillation of taste; he wanted to imitate the last attractive speaker he had heard. I recall him sitting with his notebook at the feet of Fabianus the philosopher, who was so much younger than he, all other business neglected. I recall him breathless 5 with admiration for Hermagoras, burning to imitate him. He had no confidence in his own talents, and so kept chopping and changing. He would swop styles of speech, sometimes wanting to be lean and stick to the bare facts, sometimes bristling and strong rather than pretty, sometimes brief and balanced: sometimes he went too high, sometimes too low. Thus he made a mock of his abilities, and spoke far worse as an old man than he had as a youth. His age made no contribution to his progress, for his enthusiasms were always new. The pursuit of vulgarism<sup>2</sup> is one of the virtues of style that rarely succeeds; one needs great restraint and the right moment. His record in the employment of this quality was variable; he was often successful, often a flop. And it is not surprising that a virtue so close to a fault<sup>3</sup> should not be easy to master. But no-one employed this trick more appropriately than my friend Gallio. Already in his 6 youthful declamations he could use this manner fittingly and suitably and with propriety: I used to be the more surprised because a tender age normally

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> That is, he used the vulgar words to get him off the charge of being a schoolman that might have resulted from high-falutin' words; cf. *defendi* above.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> For its proper use see Quintilian 8.3.21-3.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> For the doctrine of neighbouring faults in general, see Adamietz on Quintilian 3.7.25. For its application to style cf. esp. Demetr. *Eloc.* 114.

omne non tantum quod sordidum sed quod sordido simile est.

Raro Albucio respondebat fortuna, semper opinio: quamvis paenituisset audisse, libebat audire. Tristis, sollicitus declamator et qui de dictione sua timeret etiam cum dixisset: usque eo nullum tempus securum illi erat. Haec illum sollicitudo fugavit a foro, et tantum unius figurae crudelis eventus. Nam in quodam iudicio centumvirali, cum diceretur iurisiurandi condicio aliquando delata ab adversario, induxit eiusmodi figuram qua illi omnia crimina

7 regereret. Placet, inquit, tibi rem iureiurando tran- 271M sigi? Iura, sed ego iusiurandum mandabo:<sup>1</sup> iura per patris cineres, qui inconditi sunt, iura per patris memoriam; et executus est locum. Quo perfecto surrexit L. Arruntius ex diverso et ait: accipimus condicionem; iurabit. Clamabat Albucius: non detuli condicionem; schema dixi. Arruntius instabat. Centumviri rebus iam ultimis properabant. Albucius clamabat: ista ratione schemata de rerum natura tolluntur. Arruntius aiebat: tollantur; poterimus sine illis vivere. Summa rei haec fuit: centumviri dixerunt dare ipsos secundum adversarium Albucius si iuraret; ille iuravit. Albucius

CONTROVERSIAE 7. preface 6-7

shuns everything that resembles vulgarity, let alone vulgarity itself.

Albucius was rarely lucky-but always well thought of. However sorry one was to have been to hear him, one was glad to go again. He was a gloomy, anxious declaimer, one who worried about his performance even at the end of a speech-in fact no moment was free of care for him. And it was this anxiety that drove him away from the forum—and in particular the cruel outcome of one single figure.<sup>1</sup> Once, at a trial in the centumviral court,<sup>2</sup> because he was told that the terms of an oath had on one occasion been prescribed by his adversary, he brought in a figure involving an oath which enabled him to make all the charges recoil on him. "You want," he asked, "to settle the point 7 by means of an oath? Swear—but I will dictate the oath. Swear by the unburied ashes of your father. Swear by your father's memory." And he finished the topic. When he had finished, Lucius Arruntius got up on the other side, and said: "We accept the terms, he will swear." Albucius screamed: "I wasn't putting forward terms-I was using a figure." Arruntius insisted. The centumviri were at the end of their business, and in a hurry. Albucius cried: "At this rate figures are banished from the world." Arruntius said: " Let them go: we shall be able to survive without them." The outcome of the matter was this: the centumviri said they would decide for Albucius' opponent if he would swear; he did swear.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> mandabo Gertz: dabo.

 $<sup>^1</sup>$  This story is told by Suet. Gr. Rhet. 30.5 and Quintilian 9.2.95.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Which dealt largely with property cases and became very important under the empire.

non tulit hanc contumeliam, sed iratus calumniam sibi imposuit: numquam amplius in foro dixit; erat enim homo summae probitatis, qui nec facere iniuriam nec pati sciret.

Et solebat dicere: Quid habeo quare in foro 8 dicam, cum plures me domi audiant quam quemquam in foro? Cum volo dico, dico quamdiu volo, adsum utri volo. Et quamvis non fateretur, delecta- 272M bat illum in declamationibus quod schemata sine periculo dicebantur. Nec in scholasticis tamen effugere contumelias poterat Cestii, mordacissimi hominis. Cum in quadam controversia dixisset Albucius: quare calix si cecidit frangitur, spongia si cecidit non frangitur? aiebat Cestius: ite ad illum cras; declamabit vobis quare turdi volent, cucurbitae 9 non volent. Cum dixisset Albucius in illa  $\langle de \rangle^1$ fratre qui fratrem parricidii damnatum in exarmata nave dimisit: "inposuit fratrem in culleum ligneum," Cestius eandem dicturus sic exposuit controversiam: quidam fratrem domi a patre damnatum noverca accusante, cum accepisset ad supplicium, imposuit in culleum ligneum. Ingens risus omnium secutus est. Sed nec ipsi bene cessit declamatio; paucas enim res bonas dixit. Et cum a scholasticis non laudaretur, nemo, inquit, imponit hos in culleum

Albucius couldn't take this insult; in his anger he condemned himself,<sup>1</sup> and never again spoke in court. For he was a man of the highest integrity, who was incapable of doing an injury—or putting up with one.

In fact, he used to say: "What reason have I to 8 speak in court?—more listen to me at home than listen to anyone else in court. I speak when I like; I speak as long as I like;<sup>2</sup> I appear for whichever party I like." And though he wouldn't admit it, he enjoyed declaiming just because he could use figures without danger. But not even in scholastic exercises could he escape insult from the biting tongue of Cestius. Albucius had said in one *controversia*: "Why is a cup broken if it falls—but not a sponge?" Cestius said:

"Go to him tomorrow. He'll give you a declamation on why thrushes fly, but not pumpkins." In the 9 *controversia* on the man who set his parricide brother adrift in a disabled boat, Albucius had said: "He put his brother in a wooden sack."<sup>3</sup> Cestius, about to declaim the same *controversia*, put the theme thus: A man put his brother, who had been convicted privately by his father on a charge made by his step-mother, and whom he had received for punishment, into a wooden sack. Universal shouts of laughter followed; but Cestius too didn't fare well in the declamation he said few good things. When he got no compliments from the schoolmen, he said: "Why does nobody put these people in a wooden sack and send

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> illa de Schultingh: illo.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Literally, "inflicted on himself the penalty for *calumnia*," i.e. having brought a malicious charge (cf. C. 2.1.34 n.). The self-imposed penalty was not to appear in court—as it would have been in fact (cf. *Dig.* 3.2.1; A. H. J. Greenidge, *The Legal Procedure of Cicero's Time* [Oxford, 1901], 468 seq.).

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> In court there were restrictions on the time of speeches (cf. Tac. *Dial.* 19.5). Compare Montanus' remarks on the freedom of declaimers in C. 9 pr. 2.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> For the sack as part of the equipment for punishing a particide, see n. on C. 3.2.

ligneum, ut perveniant nescio quo terrarum, ubi calices franguntur, spongiae non franguntur?

Video quid velitis: sententias potius audire quam iocos. Fiat: audite sententias in hac ipsa controversia dictas.

Ι

273M

#### Ab Archipirata Filio Dimissus

Mortua quidam uxore, ex qua duos filios habebat, duxit aliam. Alterum ex adulescentibus domi parricidi damnavit; tradidit fratri puniendum: ille exarmato navigio imposuit. Delatus adulescens ad piratas archipirata factus est. Postea pater peregre profectus captus est ab eo et remissus in patriam. Abdicat filium.

 ALBUCI SILI. De fratre nec iudicare audeo nec loqui: uno nomine (ei)<sup>1</sup> et gratias ago et gratulor, quod patrem servare potuit mori iussus. *Tanta*

<sup>1</sup> Supplied by Kiessling.

them somewhere in the world where cups get broken but not sponges?"

I can see what you want—to hear epigrams, not jokes.<sup>1</sup> Very well, you may hear the epigrams that were spoken on this very *controversia*.

1

#### THE MAN WHO WAS RELEASED BY HIS SON, THE PIRATE CHIEF

A man whose wife had died, and who had two sons by her, married again. He convicted one of the youths privately for parricide; <sup>2</sup> he handed him over to the other son to be punished, and the brother put him on a disabled boat.<sup>3</sup> The youth drifted into the hands of pirates, and became a pirate chief. Later the father set out abroad and was captured by the son and sent back to his country. He disinherits his other son.

#### For the son

ALBUCIUS SILUS. I do not venture to judge my 1 brother or speak of him; I thank him and felicitate him for one and the same reason—that he had it in him to save his father after being condemned to death

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. C. 1 pr. 22.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> The "parricide" was attempted murder (cf. \$ and 26), and from \$ -9, 11 and 15 it would seem that the step-mother was responsible for the charge (cf. 7 pr. 9). This makes an exact parallel with the case of Tarius, who tried his son privately for plotting against his life and invited Augustus to be a member of the tribunal (Sen. Clem. 1.15). It seems clear

from Clem. 1.15.7 (unless Seneca is being merely rhetorical) that it was still at this date theoretically open to the father to impose the traditional penalty by drowning in a sack. For the father's power of domestic jurisdiction see e.g. B. Nicholas, An Introduction to Roman Law (Oxford, 1962), 67: though observe Latro's doubts in §16, Glycon's in §26.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> The rigging was removed. For this punishment, cf. the treatment of *delatores* in Plin. *Pan.* 34.5-35.1 (Bonner adds Caesar's threat in Suet. *Jul.* 66).

tempestate confusus neque aestimare quicquam neque dispicere potui. Plura tibi crimina, pater, fortuna torquente, quam quae videris ipse nosse indicabo. Solutum mihi fratrem tradideris an alligatum, nescio: quantum ad meum stuporem attinet, etiam fugere potuit; nec satis memineram tale ministerium mihi pater an noverca mandasset, ministerium an poenam esse voluisset, vindictam parricidii an parricidium. Insui culleo fratrem iubes? Non possum, pater. Non ignoscis? an non credis? Ego contendo ne te quidem posse si quis tibi dixisset tyrannus: veni, tuis manibus filium insue. In hoc opere potes oculis tuis, potes manibus uti? potes audire inclusi filii gemitum? Si 274M potes, timeo ne innocentem damnaveris; si non potes, quid frater in fratrem non posset patrem 2 testem dedi. Quid accusas quod inpunitatem fratri dederim, quom<sup>1</sup> fato consilium meum victum sit? A me frater ut viveret non impetravit, ut fugeret non impetravit: nihil aliud impetravit quam ut aliter quam in culleo moreretur. Malam causam habeo, ut inter fratres. Ubi spes? In gubernaculo? nulla est. In remigio? ne in hoc quidem est. In

<sup>1</sup> quom Kiessling after Gronovius: in quo(d).

## CONTROVERSIAE 7. 1.1-2

by him.—Bewildered by such a great storm,<sup>1</sup> I could not weigh or discern anything.-I will confess to more crimes,<sup>2</sup> father, under the torture of fortune, than you yourself seem to know of .-- I don't know whether you handed my brother over to me free or bound; as far as my confused state was concerned, he could have escaped, even. I couldn't properly recall whether it was my father or my step-mother who had imposed such a task on me, whether they meant it to be a task or a punishment for me, a penalty for parricide or a parricide.—You tell me to have my brother sewn into a sack? I cannot do it, father. Don't you forgive me? Or don't you believe me? My contention is that even you could not do it if some tyrant had said to you: "Come on, sew your son in with your own hands." Can you use your eyes and hands for such a task? Can you bear to hear the groans of your son trapped inside? If you can, I fear that it is an innocent man you have convicted; if you cannot, I have given my father as a witness of what a brother could not do to a brother.<sup>3</sup>—Why do you accuse me of 2 letting my brother go safe when in fact my plan was defeated by chance? My brother did not persuade me to let him live, or to let him escape; he only got me to let him die otherwise than in the sack. I have a bad case, as far as I and my brother are concerned.<sup>4</sup> -What hope has he? In the rudder? There is none there. In the oars? None there, either. In

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The mental storm (as in the next epigram but one: cf.  $\S$  (6, 17) that affected the son when he was ordered to punish his brother.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cf. Ovid's remarks in C. 2.2.10. The epigram may be continuous with the next; in any case the "crimes" confessed are the son's actions that showed pity for his brother.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> That is, if he could act so cruelly, he is equally capable of

having convicted his son wrongly; if he could not, he gives support to the case of the disinherited son.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Because he did not wish to save him: but his case is good as regards his father, for he did not wish to disobey orders cf. below "Am I to justify . . ." (and Gallio in §12).

comite? nemo repertus est naufragi comes. In velo? in antemna? omnia [paene]<sup>1</sup> instrumenta circumcisa sunt, adminiculum spei nullum est. Patri sum excusandus an fratri? De filio tuo hoc respondeo: Quamdiu in patrio solo morari licet, civis est: proiectus in mare quidquid post exilium et naufragium vel facit vel patitur, ab omni foedere vitae communis abstractus, poenarum eius pars est, non nequitiae opus est. Sed aliis querentibus te ipsum testem dabo, non esse 3 piratam. Ego illi terrae, ego lucis conspectum,

- s phratam. Ego mi terrae, ego nucis conspectum, ego etiam mortis humanae facultatem abstuli; Fortuna ipsa, quae miserita eius est, nihil tamen illi praeter mare reliquit. "Moriendum est mihi; pater iussit: neque ego te deprecor ne moriar, nec tibi licet non facere quod iussus es. Inter patrem iratum et fratrem moriturum arbitrium pietati tuae necessarium suscipe: sanguinem meum patri 275M refer, culleum mihi remitte; volo mori, sed pura manu tua; hoc pietatis tuae munus ad inferos perferam, licuisse mihi per fratrem aliter quam parricidae mori."
- 4 ASINI POLLIONIS. Aequas mihi praebete aures: dabo vobis etiam damnatum absolvendum. "Vivit" inquit "frater"; non credo. "Servavit" inquit "me"; fecisti ut crederem. Haec est summa rerum gestarum: in ea domo in qua facile parricidium creditum

<sup>1</sup> Deleted by C. F. W. Müller and Madvig.

#### CONTROVERSIAE 7. 1.2-4

a companion? No-one has been found to accompany the doomed mariner. In the sail? In the yardarm? All the gear has been stripped away, there are no grounds for hope.—Am I to justify myself in my father's eyes—or my brother's ?—My reply as to your son is this: " As long as he can stay on his native soil, he is a citizen; once he has been cast on the seas, whatever he may do<sup>1</sup> or suffer after exile and shipwreck, cut off from every convention that binds men's lives together, is part of his punishment, not the action of a wicked man. But if others complain I will bring you yourself as witness that he is no pirate."—I 3 deprived him of the sight of land and light, and even of the means to a man's death. Chance itself, though it pitied him, left him nothing besides the sea.-" I must die. My father has ordered it. I do not beg you to save me from death, and you cannot avoid carrying out your orders. You are between an angry father and a brother doomed to die; take the course that family duty demands. Let my father have my blood—but let me escape the sack. I am prepared to die-but without soiling your hands. This is the mark of your affection that I shall take to the shades below, that my brother allowed me to die otherwise than as a parricide."

ASINIUS POLLIO. Let me have a fair hearing: I will 4 present you with one<sup>2</sup> who, though convicted, deserves acquittal.—"Your brother is alive." I don't believe it. "He saved me." You have made me believe.<sup>3</sup>—This is the sum of events. In a house where there was ready belief for parricide I could not

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Specifically, become a pirate.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> i.e. the pirate.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Because the son knows how affectionate his brother is: cf. §5 Argentarius.

est, ego fratrem occidere non potui, frater patrem. "Quid mihi cum ista tabula? Semel mori volo."

Q. HATERI. Emicabant densis undique nubibus fulmina et terribili fragore horridae tempestates absconderant diem: imbres undique et omnia procellis saevientia; expectat, inquam, parricidam mare. Intumuerat subitis tempestatibus mare iustis quoque navigiis horrendum. Fateor, fateor, dixi: fratrem tibi, si innocens est, Fortuna, commendo. Inveni relictum etiam a naufragis navigium,<sup>1</sup> fragmentum, infelix [etiam]<sup>2</sup> navigaturis omen, quod si quis gubernator vidisset, iter suum distulisset. Naufragus a litore emittitur.

5 MARCELLI AESERNINI. Habes, inquam, frater, si innocens es, navigium, si nocens, culleum. Non feci parricidium et—quam facile erramus homines!—factum putavi. Deliberabam an parerem patri: "frater," inquit "tu primus in domo parricidium facies."

ARGENTARI. Quod iusseras factum est: periit 276M frater. "Vivit" inquit "et me dimisit"; bono argumento probatur vivere. Utrasque ad caelum

<sup>1</sup> The words inveni—navigium appear in the MSS after facies (§5): they were transposed by Kiessling. <sup>2</sup> Deleted by the editor.

<sup>1</sup> The doomed son, seeing the boat, prefers a quick death. The speaker emphasises his own cruelty, to show he obeyed his father (for the embarrassments of such a defence cf. §9).

<sup>2</sup> For another storm cf. C. 8.6. This was a favourite topic for declamatory *descriptio* (commented on by [Dion. Hal.] *Rhet.* 10.17). Typical instances are Sen. Agam. 466 seq.; Curt. 4.3.16 seq.; Luc. 5.597 seq. The motif is discussed e.g. by M. P. O. Morford, *The Poet Lucan* (Blackwell, 1967), cc. 3–4. kill my brother—and my brother could not kill my father.—" What have I to do with this plank? I want to die once."<sup>1</sup>

QUINTUS HATERIUS. Everywhere the clouds were thick: from them flashed thunderbolts, and with horrid din dreadful storms had hidden the day; everywhere rain, everything raging with hurricanes.<sup>2</sup> The sea, I said to myself, is waiting for a parricide.—The sea had swollen with sudden squalls; it boded ill even for properly equipped vessels.<sup>3</sup> I confess it, I confess it, I said: "I commend my brother to you, Fortune if he is innocent." I found a boat ignored even by the shipwrecked, a carcass of a boat, an evil omen for aspiring voyagers, a boat that a helmsman would have taken one look at—and put off his journey. He is sent off from the shore already shipwrecked.

MARCELLUS AESERNINUS. "Brother, you have a 5 boat, if you are innocent—if you are guilty it is no more than a sack." <sup>4</sup>—I committed no parricide and, so easily do men err, I thought a parricide had been committed.<sup>5</sup>—I was trying to decide whether to obey my father. "Brother," he said, "you will be the first parricide in the family."

ARGENTARIUS. Your orders have been carried out. My brother is dead. "He is alive—and has let me go." That is a *good* proof he is alive.—He raised his

<sup>3</sup> It is possible that a secondary meaning is "ships sailing in a good cause": cf. 10 and S. 3.2. For the idea of the luck of a ship depending on the character of those sailing in her cf. e.g. [Lys.] 6.19; Hor. Od. 3.2.26 seq.; Acts 28.4.

<sup>4</sup> Cf. Sen. *Tro.* 510-12: "If fate helps the wretched you have a means to live; if it denies them life, you have a tomb," and the previous note.

<sup>5</sup> By his brother.

manus sustulit: "si nihil umquam impie cogitavi,  $\langle si \rangle$  patrem meum etiam damnatus diligo, di immortales, veri rerum <sup>1</sup> omnium iudices, adeste." Si aliter sentiret, infelicia sibi imprecatus est maria: sic navem suam rexit.

- 6 BLANDI. Iacebat in litore navigium, quod etiam integrum infeliciter vexerat. Credam parricidam si tibi proficiscenti navigium suum reddidit. Subito mihi non sentienti ferrum cum animo pariter excidit; torpent manus, et nescio qua perturbatione tenebrae stupentibus offunduntur oculis. Intellexi quam difficile esset parricidium facere, etiam quod imperaret pater. Ita mihi quae sola miseros in domo nostra respicis, Fortuna, succurras, ita mihi contingat aut honeste degere<sup>2</sup> aut mori, ita ex domo nostra ego sim ultimus reus, ut ille iurabat meliorem se novercam habuisse quam fratrem.
- 7 CORNELI HISPANI. Fateor, volui occidere; sed tunc intellexi quam difficile esset parricidium. "Ego" inquit "patrem occidere volui? ne nunc quidem possum." Pater noster navigavit sereno die, tranquillo mari, auspicato itinere, integra nave. Quid hoc est? felicius navigavit damnatus quam qui damnaverat. "Vade" inquit; "patrem te habere mihi non licuit, habebo patronum; revertere." Magnum pietatis

## CONTROVERSIAE 7. 1.5-7

hands to heaven. "If I have never had any wicked thought, if I love my father even after being convicted, help me, immortal gods, true judges in all things." He prayed that the seas should be cruel to him if his feelings were otherwise; that was how he steered his ship.<sup>1</sup>

BLANDUS. There lay on the shore a boat that even 6 when sound had been an unlucky craft to sail in.—I will believe him a parricide if he gave you his craft when you set out.<sup>2</sup>—Suddenly, without my being conscious of it, I lost my senses—and my sword went at the same time. My hands went limp, my eyes drooped, and an indescribable perturbation drowned them in darkness. I realised how difficult it was to do a parricide—even one that a father ordered.—So may you aid me, Fortune, who alone watch over the wretched in our house; so may I live honestly or die, so may I be the last member of our household to face trial—I declare that he swore he'd found his stepmother more favourable than his brother.<sup>3</sup>

CORNELIUS HISPANUS. I acknowledge it, I wanted 7 to kill him; but then I realised how difficult parricide was.—" Did I want to kill my father?" he<sup>4</sup> said. " Even now I cannot do it."—Our father set sail <sup>5</sup> on a clear day, sea calm, trip well-omened, ship sound. Yet—the condemned man sailed with better fortune than the man who had condemned him.—" Go," he said, " I could not have you as my father—I shall

have you as my advocate.<sup>6</sup> Go back."—It is a great

<sup>4</sup> The pirate son, after capturing his father.

<sup>5</sup> On his outward voyage: despite the good omens he fell in with pirates.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> veri rerum Gertz: uerum.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> degere *Heinrich*: dicere.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> There was no rudder: and he left the direction to the gods.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> That is, if the pirate gave his father the "disabled boat" for his return journey: cf. Triarius in §8.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Again, the speaker stresses his own cruelty to show he had not disobeyed.

<sup>&</sup>lt;sup>6</sup> Cf. Varius Geminus' colour in §26.

argumentum filio carus pater etiam post supplicium. Utrum vobis videtur innocentiam apud piratas didicisse, an ne apud piratas quidem perdidisse?

ARELLI FUSCI patris. Potuit patrem occidere: 277M ecquem testem timebat? Abdicatus a patre quo me conferam? In maria? Non possum: iratos habeo piratas. Cum traditus est mihi frater imperatumque ut sumerem supplicium, si qua est fides, temptari me putavi an possem parricidium facere.

8 PORCI LATRONIS. Perieras, pater, nisi in parricidam incidisses.

TRIARI. In naufragio navigabat. Parum est quod non occidit patrem, immo etiam integra nave dimisit. Etiam pirata dicitur: iterum falso crimine male audit.

CESTI PII. Erat navigium, immo fuerat, sed<sup>1</sup> putre, resolutis compagibus, infelix omen navigationis. "Insue me culleo: certe sentiam maria, non et videbo." Scissa quoque vela fecerant sinus et armatas classes naufraga praecesserat ratis: scires navigare qui servaturus esset patrem. O crudelis et pertinax noverca! post omnia devicta nihilominus saevit. Maria iam quiescunt, praedones iam miserentur, irati iam parcunt. Ibamus praeter sepulchrum matris, ille mortem

 $^1$  The words etiam integra—fuerat sed appear in the MSS after patrem below. They were transposed by Kiessling.

### CONTROVERSIAE 7. 1.7-8

sign of filial affection that a son regards his father as dear even after capital punishment.—Do you think he learnt his innocent ways from the pirates—or preserved them even in their company?<sup>1</sup>

ARELLIUS FUSCUS SENIOR. He <sup>2</sup> could have killed his father; had he any witness to fear?—If I am disinherited by my father, where am I to betake myself? To sea? I cannot—there are angry pirates to fear.— When my brother was handed to me and I was told to punish him, I thought (if you can believe me) that I was being tested out to see whether I was capable of parricide.

PORCIUS LATRO. You would have perished, father, 8 if you hadn't fallen into the hands of a parricide.

TRIARIUS. He was sailing in a wreck.—Not only did he not kill his father—he even sent him off in a sound ship.—He is called a pirate, too—slandered by a false charge all over again.

CESTIUS PIUS. It was, or rather had been, a boat; but it was rotten, the seams gaping, a bad omen for the voyage. "Sow me in the sack; at least I shall feel the sea without having to see it as well."—The sails, though torn, had billowed out, and the wreck of a vessel had got ahead even of properly rigged fleets; you might think the helmsman a man destined to save his father.—Cruel and stubborn step-mother! All else has been overcome—*she* still rages. By now the seas are still, pirates pity, the angry relent.—We went past our mother's tomb—he fearing death, I fearing

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The latter, of course: the son was never capable of parricide.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> The pirate son: his pirate companions would not have told the tale.

timens, ego scelus. Expectate, iudices, an fortuna nobis obiciat<sup>1</sup> scelus. Iacebat navigium pervetus 9 et attritum salo, vix unius capax animae. Veni ad vos victoriam pulchram petiturus, ut probem me parricidam. Non occidisti, inquit, fratrem. Noverca, audi<sup>2</sup> iucundissimam vocem: fateor me parri- 278M cidam, occidi fratrem; tutus sum, pater, si hoc probavero? Imposui in exarmatam navem: non est  $\langle hoc \rangle^3$  occidere? Novercae quidem numquam satis privignus occiditur. Multas rerum natura mortis vias aperuit et multis itineribus fata decurrunt, et haec est condicio miserrima humani generis, quod nascimur uno modo, multis morimur: laqueus, gladius, praeceps locus, venenum, naufragium, mille aliae mortes insidiantur huic miserrimae animae. Et hoc occidere vocatur, sed diutius. Si quis nunc stat in turba, hoc dicit: huic quisquam parcat, qui fratrem suum 10 occidit et occidisse se probat? Componis in domo par, ut alter scelere sit parricida, alter ministerio. Inpositus est in navem frater. Qualem navem? Scitis nihil esse periculosius quam etiam instructa navigia: parva materia seiungit fata. Quid vero si non rudentibus committitur illa anima, non velis, non gubernaculo defenditur? Exarmata navis est, utroque

#### CONTROVERSIAE 7. 1.8-10

to commit a sin.—Wait to see, judges, whether fortune reproaches us with a wicked deed.<sup>1</sup>—There lay the boat, ancient, eaten away by the waves, scarcely able to hold a single life.—I come before you 9 to win a glorious victory, by proving myself a parricide. "You did not kill your brother." Stepmother, hear an utterance that will delight you: I confess I am a parricide, I killed my brother. Am I safe, father, if I prove this? I put him in a boat stripped of its rigging; is not this to kill? For a step-mother a step-son can never be killed enough. Nature has opened many routes to death, our fates hasten downwards along countless ways:<sup>2</sup> and this is mankind's wretched lot, that we have one way to be born-but many to die: the noose, the sword, a precipice, poison, ship-wreck and a thousand other deaths lie in wait for this wretched life. This too may be termed killing-but over a longer period. Someone in the crowd here must be saying: "Can this man be spared ?-he has killed his brother, and is proving that he did so."-You are matching a pair of gladiators 10 from within one house-one a parricide by his own action, the other by the service asked of him.<sup>3</sup>-Yes, my brother was put on a boat. What sort of a boat? You know that nothing is more dangerous than a boat, even an equipped one. It has only a small width of wood to keep you from your fate.<sup>4</sup> But what if that life is entrusted to no rigging? What if it is protected by no sail, no steering? The ship is un-

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> indices an—obiciat  $M\ddot{u}ller$ : indiam (uideam V)—obiciet.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> audi Gronovius: audiui.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Supplied by Kiessling.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The implication is: my story, that follows, will show that Fortune, in favouring the disabled boat, signalled her approval of my brother's action—and my own.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cf. C. 1.8.6 n.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Part of the narrative, rhetorically addressed to the father.

 $<sup>^{4}</sup>$  For this topic see Sen. Ep. 49.11 and Mayor on Juv. 12.58, 14.289.

patens latere; inponitur miser in naufragium, navigio per se pessum ituro pondus insuper (additur).<sup>1</sup> Ecce navem divinitas armat: subito visa sunt vela, subito navis coepit erigere se et attollere. Magnum praesidium in periculis innocentia. Saevum mare volvitur, procellae spumante impetu latera navigii urgent, pulsatur undique navis periculis: innocentia 279M

- 11 tamen tuta est. O maria iustiora iudiciis! o mitiores procellae patre! Quam eiec(it is vos servav)istis<sup>2</sup> animam! Nec hoc tantum divinitus gestum est, quod pervenit tutus in portum: excipitur classe praedonum. Habet<sup>3</sup> pater mentem navigandi: capietur iudex ut illum paeniteat sententiae suae. "Damnare me noverca parricidii potuit; parricidam facere ne damnando quidem potuit. Cognosce innocentiam meam in mari quam domi noluisti." Complexu, osculis prosecutus est: sic patrem parricida dimisit?
- 12 IUNI GALLIONIS. Multa non adgnosco: frater domi damnatus est, ego in publico; illi obiectum est quod parricidium fecerit, mihi quod non fecerim; ille negabat, mihi novo patrocinio utendum est: "fratrem occidi"; in ea domo in qua parricidia damnantur haec innocentia est. Video vos invitos audire hoc genus defensionis: malo itaque me vobis innocentem probare quam patri. Fratrem non occidi, non potui

<sup>2</sup> eiecit is vos servavistis *Hertz*: effecisti(s).

equipped, gaping on either side. The wretched youth is put on board a wreck, a further weight is added to a boat that would founder even of its own accord. Look, the boat is equipped by heaven; suddenly sails have appeared, suddenly the ship begins to ride higher and right itself. Innocence is a great shield in danger. The sea rolls savagely, hurricanes press the ship's sides with the rush of their spray, the boat is beaten on every side by dangers; but innocence is safe. O seas that are more fair than 11 trials! O hurricanes more clement than a father! You saved a life that he cast out.—This was not the only act of providence, that he came safe to port: he was picked up by a pirate fleet.<sup>1</sup>—The father takes a mind to voyage; the judge will be captured, so that he may repent the verdict he gave.-" My stepmother was able to get me convicted of parricide: not even by convicting me could she make me commit one. Realise my innocence at sea-you refused to at home." <sup>2</sup>—He saw him on his way with kisses and embraces. Is that how a parricide let a father go?

JUNIUS GALLIO. There is much that seems new to 12 me. My brother was convicted by a private tribunal, I am tried in public. He was reproached with committing parricide, I with not committing it. He denied the charge; I have to use a novel defence: "I killed my brother." In a house where parricides get convicted, this counts as innocence. I can see you are unready to listen to this kind of defence. And so I prefer to prove myself innocent in your eyes rather than my father's. I did not kill my brother—I could

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> insuper additur *Müller*: insui(t).

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> habet ed.: habeat.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The point lies in the unexpectedness of the last words.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Words of the pirate son, sparing his father.

fratrem occidere; idem timuimus, idem doluimus, idem flevimus, eundem patrem habuimus, eandem matrem, eandem novercam; mitioris natura pectoris

- 13 sum, mollioris animi. Non idem omnibus mortalibus natura tribuit ingenium: animus <huius><sup>1</sup> durior est, illius elementior; apud piratas quoque invenitur qui non possit occidere. Putatis me electum ne alius 280M occideret? Si mater nostra viveret, puto, illi tradidisset: quod proximum fuit, mihi tradidit. Utrum vobis videtur per manus fratris punire filium voluisse, an ablegare privignum? Pudet me patrocini mei; timeo, ne, cum coepero narrare quid fecerim, dicatis: certe negabas posse te hominem occidere.
- 14 MUSAE. Traditus est frater puniendus mihi potissimum. Quo istud proposito, pater, feceris apud plerosque disputationem habet: ego, si quid mitius illo tempore voluisti fieri, non intellexi; imposui multum recusantem et insui culleo postulantem. Obicis mihi molliorem animum: alius mitior est [plus]<sup>2</sup> quam debet, alius saevior quam necesse est, mediis alius adfectibus inter utrumque positus totus in sua potestate est. Quidam et accusare et damnare possunt et occidere, quidam tam mites sunt ut non possint in caput ne testimonium quidem dicere.
  - <sup>1</sup> Supplied by Faber.

<sup>2</sup> Deleted by Müller.

#### CONTROVERSIAE 7. 1.12–14

not kill my brother. We had the same fears, the same griefs; we shed the same tears, had the same father, the same mother, the same step-mother. I am, by nature, too gentle-hearted, too soft in temperament. Nature has not given every man the same character. 13 One man's temperament is harsher, another's kinder: even in a pirate fleet there can be found a man incapable of killing.—Do you think that I was chosen to prevent another doing the killing?<sup>1</sup> If our mother had been alive, I suppose, he would have handed him over to her. As it was, he handed him over to methe nearest he could get .-- Do you think he wanted to punish his son by his brother's hand, or to get rid of a step-son?<sup>2</sup>—I am ashamed of my line of defence; I am afraid that when I begin the narration of what I did, you may say: "Surely you said you are incapable of killing a man?"

MUSA. My brother was handed over for punish-14 ment to me, by preference. There is much dispute what your intention was in doing this, father. If you wanted some kinder course taken on that occasion, Idid not realise it. I put him on the boat struggling wildly and demanding to be sewn in the sack.—You reproach me with too soft a character; some people are gentler than they should be—some harsher than they need be; some, with moderate emotions, and placed between the extremes, are wholly under their own control. Some are capable of accusing, convicting, killing; some are so gentle that they cannot bring themselves to endanger life even by giving evi-

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> i.e. perhaps my father let me do the punishment *expecting* I would show mercy; cf. §15 " Don't you think that pity ...." and Passienus' *colour* in §22.

 $<sup>^2</sup>$  i.e. or was it the step-mother who was behind it all? *ablegare* implies that the father did not intend the killing of the son, merely his removal.

Non possum hominem occidere: hoc vitium et apud piratas invenitur. Alii vivere sine rei publicae administratione non possunt, aliis in privato latere et extra omnem invidiam secessisse praecipua tranquillitas est, aliis non potest persuaderi ut matrimonio obligentur, aliis ut careant; sunt qui castra timent, 15 sunt qui cicatricibus suis gaudent. In tanta morum varietate videte quantulum sit quod excusem: non ambitioni, non inertiae veniam peto; misericors sum, non possum occidere hominem. Gratulare, pater, naturae meae: numquam eiusmodi filius parricidium faciet. Hoc vitium a te traxisse videor: an non putatis misericordem qui quem damnavit puniendum fratri dedit? Centurio Luculli Mithridaten non potuit occidere -dextra simul ac mens elanguit-pro bone Iuppiter, 281M Mithridaten quam non dubium parricidam!

POMPEI SILONIS. Gaude, pater: neuter ex filiis tuis parricidium fecit. Dimisi a portu naufragum. Narra, pater, quomodo te dimiserit sic dimissus. Vis, pater, scire accusator nocentior sit an reus? Conice in alteram navem novercam; illa faciat vota, precetur: si neminem innocentem accusavit, si privignum immerentem non oppressit, in eos piratas incidet qui sciant <sup>1</sup> captos dimittere.

## CONTROVERSIAE 7. 1.14-15

dence in court. I am not capable of killing a man; one finds this fault even among pirates. Some cannot live without holding office, others find especial peace in retirement to private life, far from all cause for unpopularity. Some cannot be persuaded to be tied by marriage, others cannot be persuaded to forgo it. Some fear the camp; others revel in their scars. When attitudes are so various, observe how little I 15 have to apologise for. I do not have to beg pardon for ambition or lack of ambition. I feel pity-I cannot kill a man. Congratulate me, father, on my temperament; a son like this will never commit parricide. I must have inherited this fault from you -or don't you think that pity influences someone who handed over the son he convicted to be punished by his brother?-Lucullus' centurion could not kill Mithridates-mind and hand were simultaneously paralysed: and Mithridates, heavens above, was a quite undoubted parricide!1

POMPEIUS SILO. Rejoice, father. Neither of your sons has committed parricide.—I despatched him from the port already wrecked. Tell us, father, how one who was thus despatched despatched you.— Father, do you want to find out if the accuser or the accused is the more guilty? Put the step-mother in a second boat; let her make her vows, say her prayers. If she accused no innocent man, if she did not persecute an undeserving step-son, she will fall into the hands of pirates who know how to let captives go.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> sciant ed. (sic sciant Bornecque): nesciant.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. C. 7.3.4. For the centurion who almost killed Mithridates after the battle of Zela see Appian Mithr. 89; for his matricide *ibid.* 112.

16 Altera pars. MUSAE. Parricida meus in mari regnat.

SEPULLI BASSI. Nega nunc parricidam fuisse quem scis esse piratam.

GAVI SABINI. Facinus indignum! damnatus parricida post poenam potuit dicere patri suo: "morere."

DIVISIO. Latro in has quaestiones divisit: an licuerit illi quod iubebat pater facere. Non licet, inquit, fratrem necare;  $\langle nec \ iure \rangle^1$  ille damnatus erat: non enim iudicio publico ceciderat. Ignosce si diligentior sum cum videam hominem tam facile damnari: timeo ne quis me parricidi postulet—facile est. Si dicenda erit domi causa, etiam nocens absolutionem sperare potero: in foro quid respondebo? " occidi fratrem "? Parricidam me quidam vocant

17 quod non adfui reo. Si licuit, an debuerit. Nocens est iste, sed mihi frater est. Naturae iura sacra sunt 282M etiam apud piratas. Quid de me tu iudicaturus es si fecero? puto, difficulter postea in me parricidium credes. Etiamsi debuit parere patri, an ignoscendum sit illi si non potuit? Fatebor, inquit, quod fortasse offensurum est aures: [fratrem offensurum est]<sup>2</sup> patri parere volui, <volui><sup>3</sup> fratrem occidere, non potui. Obortae sunt subito tenebrae, deriguit animus, sublapsum est intercepto spiritu corpus.

- <sup>2</sup> These words were rightly deleted in A.
- <sup>3</sup> Supplied by Thomas; the exact form of this sentence is uncertain.

## CONTROVERSIAE 7. 1.16–17

The other side

MUSA. My particide son is ruler of the waves. 16 SEPULLIUS BASSUS. Say this man was no particide —now that you know he is a pirate.

GAVIUS SABINUS. What a wicked deed! That a condemned particide should have been in a position after he had been punished to say to his own father: "Die!"

## Division

Latro's division was into the following questions: Was he allowed to do what his father told him to? "I am not allowed to kill my brother. He had not been legally convicted, for he had not lost his case in a public tribunal. Forgive me if I go into details when I see a man so easily convicted. I am afraid I may be accused of parricide: it is so simple. If I have to plead my case at home before my father, I shall have hopes of acquittal even if I am guilty. But what shall I reply in court? 'I killed my brother'? Some people call me parricide because I did not speak up for my brother when he was accused." If he was 17 allowed to, should he have? "He is guilty, but he is my brother. The ties of nature are sacrosanct-even with pirates. What will your judgement be on me if I do it? I suppose you will find it difficult to believe me a parricide after that."<sup>1</sup> Even if he ought to have obeyed his father, should he be forgiven if he could not do it? " I will confess something that may offend you: I wanted to obey my father, I wanted to kill my brother-but I could not do it. A sudden darkness came over me, my mind went numb, my <sup>1</sup> Ironical.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Heinrich.

Non possum fratrem occidere. Pone hoc loco piratam: non poterit. Quidam occidere hominem †tantum<sup>† 1</sup> non possunt; quorundam adversus hostes deficit manus. Fratris quoque beneficium non est tam magnum, pater, quam putas: non ille te noluit occidere, sed non potuit. Novissimas illas partes fecit: quamvis non occiderit, si tamen puniit damnatum, an abdicari non debeat. Dicit enim pater: si non poteras, negasses, et misisses ad me non posse 18 te. Hoc loco dixit Latro rem valde laudatam: "Dixisses" inquit "te non posse." Ita tu nesciebas? putasti me posse occidere? Quid ergo sic loquebaris tamquam unum parricidi condemnasses? Deinde, an punierit fratrem. Hic descriptio supplicii, quod 283M dixit gravius etiam culleo fuisse, et adiecit hodie (quoque)<sup>2</sup> illum poenas dare inter barbaros inclusum, per quos necesse est illi patria, populo, lare carere; sed ne per illos quidem necesse est parricidium facere.

Hac divisione usi sunt quibus placuit damnati causam non defendere et tantum suam agere; alia usi sunt quibus placuit et illius causam defendere, inter quos et Geminus Varius fuit, qui aiebat adulescentem optimam causam habere si non occidit fratrem etiam nocentem, meliorem tamen si non 19 occidit innocentem; patitur autem materia. Fecit ergo has quaestiones Geminus et quibus idem placuit: an abdicari non debeat, etiamsi nocentem fratrem

<sup>1</sup> tantum] cognatum Müller (" a relative ").

<sup>2</sup> Supplied by Müller.

## CONTROVERSIAE 7. 1.17–19

breath was cut off, my body collapsed. I cannot kill my brother. Put a pirate in this position: he will not be able to. Some cannot kill a . . . man; some find their hands fail when they raise them against an enemy. Even what my brother did for you, father, is not as great as you think: he didn't not want to kill you-but he could not do it." The final parts Latro made: Granted he did not carry out the killing, ought he to be disinherited if he did punish the convicted man? For the father says: " If you couldn't do it, you should have said so, and sent word to me that you could not." Here Latro said something that was 18 much admired: "' You should have said you could not.' Didn't you know, then? Did you think me capable of killing? Why then did you talk as if you had convicted only one son of parricide?" Then: Did he punish his brother? Here came a description of the punishment, which, Latro said, was worse even than the sack. He added that even today he is being punished, shut up among barbarians who force him to do without country, people, home: but not even they insist on him committing parricide.

This was the division employed by those who decided not to defend the case of the convicted son, but merely to plead the case they were given; a different one was used by those who wanted to defend the other son too, among them Varius Geminus, who said that the youth has an excellent case if he didn't kill his brother, despite his guilt, but an even better case if the man he failed to kill was innocent—and the theme does allow that. So these were the points 19 raised by Geminus and those who were of the same mind: Ought he to be disinherited even if he failed to

non occidit. Hic dixit: non licuit, non debui, non potui. An innocentem non occiderit. Bellam rem hoc loco Geminus dixit, cum coepisset per omnis numeros fratrem tamquam reum defendere: Dicet, inquit, aliquis: "tam sero defendis?" Non potui citius: hodie primum res in forum delata est. Novissime: an etiam nocentem satis punierit.

20 De colore inter maximos et oratores et declamatores disputatum est, utrumne aliquid deberet dici in novercam an nihil. Passienus et Albucius et praeter oratores magna novorum rhetorum manus in hanc partem 284M transit; fuerunt et qui in novercam inveherentur; fuerunt et illi qui non quidem palam dicerent, sed per suspiciones et figuras, quam rem non probabat Passienus et aiebat minus verecundum esse aut tolerabile infamare novercam quam accusare. Quidam principia tantum habuerunt in sua potestate, deinde ablati sunt impetu. Excusatius est autem in malum colorem incidere quam transire.

Latro illum introduxit colorem rectum in narratione, quo per totam actionem usus est: non potui occidere. Et cum descripsisset ingenti spiritu titubantem et inter cogitationem fratris occidendi concidentem, dixit: noverca, aliud quaere in privignum tuum crimen; hic parricidium non potest facere. 21 Cestius colore alio usus est. Transiebamus, inquit,

secundum matris sepulchrum. Invocare coepit

kill a guilty brother? Here Geminus said: "It was not allowed, I should not, I could not." Was the man he failed to kill in fact innocent? Geminus said a pretty thing here, after he had started a full defence of the brother, as though it was he who was on trial: "Someone will say: Do you defend him so late in the day? I could not do it sooner; this is the first time the matter has been brought before the courts." Finally: Did he punish him sufficiently even if he was guilty?

The greatest orators and the greatest declaimers 20 were undecided about the *colour*; should any attack be made on the step-mother? Passienus, Albucius and, beside the orators, a great party of recent declaimers went into the no lobby. There *were* some who did inveigh against her, and others who, without open assaults, employed hints and figures. This displeased Passienus, who said it was more shameful and intolerable to smear a step-mother than to accuse her. Some could only keep control of their opening remarks, then got carried away by the onrush of their eloquence. However, it is more excusable to come on a bad *colour* unawares than to make a deliberate passage to it.

Latro introduced an honourable <sup>1</sup> colour in his narration, and used it throughout his speech: "I could not kill." After describing with great spirit the son staggering and fainting at the thought of killing his brother, he said: "Step-mother, look for another charge against your step-son; *this* man is incapable of parricide."

Cestius used a different *colour*. "We were passing 21 by our mother's tomb. He began to call on her shades.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Or "straightforward."

manes eius. Motus sum. Et puerili sensu colorem transcucurrit: quid facerem? inquit: occidere pater iubebat, mater vetabat. Et cum colore dixit: haec mecum cogitavi: non est imperatum ut manu occiderem, non ut laqueo, non ut mari; eligere supplici genus liberum est.

Fuscus Arellius hoc colore usus est: temptari me putavi a patre; uno, inquam, supplicio alterum filium punire, alterum experiri volt.

Albucius in argumentis plura posuit et omnes fere colores contrectavit. In narratione hoc colore usus est:  $[et]^1$  dixit: hoc unum mihi praesta beneficium: sine me  $\langle non \rangle^2$  tamquam parricidam mori.

22 Argentarius, tamquam non frater esset huius con- 285M sili inventor, dixit: cogitavi quid facerem; tandem inveni quomodo parricidium vindicarem sine parricidio.

Passienus hoc colore usus est: Non putavi patrem velle utique occidi filium. Videbatur mihi omnia misericordiae praeparasse: quod domi cognoverat, quod inter suos. Fratri, inquam, tradidit: age, si parcere uoluisset, cui tradidisset?

Pollio Asinius dixit in novercam; itaque illo colore usus est: cogitavi mecum quid liceret, quid oporteret. Si tantum, inquam, nefas commissum est, nullae meae partes sunt: ad expiandum scelus triumviris I was moved." And he raced over the *colour* with a childish idea: "What was I to do? My father was ordering me to kill, my mother was forbidding me." He also used a *colour* to say: "These were my thoughts: I wasn't ordered to kill by hand, with a noose, with the sea; I am free to choose the method of execution."

Arellius Fuscus used this *colour*: "I thought I was being tested out by my father. 'He wants to use a single penalty to punish one of his sons and test out the other.'"

Albucius put a good deal into the proofs, and touched on virtually all *colours*. In his narration he used this one: "He said: 'Grant me this one boon: allow me to die—otherwise than as a parricide.'"<sup>1</sup>

Argentarius said—as though it wasn't the con-22 demned brother who was the author of the plan: "I wondered what to do: at last I found a way of punishing parricide without committing it."

Passienus used this *colour*: "I didn't think my father really wanted his son killed. I thought he had made every preparation to show clemency, for he had held the trial at home and among relatives. 'He handed him over to his brother,' I said to myself. 'Well, if he had wanted him spared, whom *would* he have handed him to?'"<sup>2</sup>

Asinius Pollio attacked the step-mother, and so used the *colour*: "I pondered what I could do, what I ought to do. If, I said to myself, so great a crime has been committed, it's no affair of mine. To explate wicked deeds one requires triumvirs,<sup>3</sup> the place of

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Deleted by the editor.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Supplied by Faber.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. above §§2, 3.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Answer: to me. Cf. §13.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> The tresviri capitales, who carried out death-sentences.

opus est, comitio, carnifice. Tanti sceleris non magis privatum potest esse supplicium quam iudicium.

Marcellus dixit: ita si iste parricidium fecit, ideo et ego faciam? et illam quam supra sententiam rettuli: habes, inquam, frater.

23 Varius Geminus et ipse dixit: nolui occidere. Egregie, inquam, noverca inter privignos divisit odium; aliter alium adgressa est: alteri parricidium obicit, alteri mandat. Et hac illum figura defendit in narratione: Interrogavi fratrem: Apud quem praetorem causam dixisti? "Apud nullum" inquit. Quis accusator fuit? "Nemo." Quis testis? immo qui testes? uni enim etiam de minore scelere non creditur. "Nemo" inquit. Quis de te pronuntiavit? "Nemo. Quid porro?" inquit "ego si reus fuissem, ad te non misissem?"

Sepullius Bassus hoc colore usus est: non habui parricidae instrumenta, non culleum, non serpentes: parricidam tamen in maria proieci.

24 Hispanus duro colore usus est: Hoc, inquit, supplicium 286M tamquam gravius elegi. Quid? iste, inquam, insuetur et statim omnem sensum supplici effugiet? Immo sollicitus pendeat et, quod ne insuti quidem parricidae patiuntur, ipse poenam suam spectet; nihil speret, timeat omnia. Peius debet quam ceteri parricidae mori: a patre damnatus est. Et hoc assembly, the executioner. For such a great crime the punishment can be no more private than the trial."

Marcellus said: "So if *he* did a parricide, must I do one too?" He also spoke the epigram I mentioned above:<sup>1</sup> "Brother, you have . . ."

Varius Geminus, too, said: "I didn't want to kill. 23 I said to myself: our step-mother has made an excellent division of her hatred between her step-sons; she has attacked each in a different way, reproaching one with parricide, and enjoining parricide on the other." And he used this figure to defend him in his narration: "I asked my brother before which praetor he had pleaded his case. 'None,' he said. 'Who was the accuser?' 'No-one.' 'Who was the witness?—or rather witnesses, for a single one isn't believed even on a lesser charge.' 'No-one.' 'Who passed sentence on you?' 'No-one. Why go on? If I had been on trial, wouldn't I have let you know?'"<sup>2</sup>

This was Sepullius Bassus' colour: "I didn't have the equipment for a parricide—the sack and the serpents. But I did throw the parricide to the mercy of the seas."<sup>3</sup>

Hispanus used a harsh *colour.* "I chose this 24 punishment because it was crueller. Shall he, I said to myself, be sewn up in a sack and immediately lose all perception of his punishment? Rather let him be anxious and in suspense; let him be a spectator of his own penalty—something not even parricides in sacks suffer. Let him have no hope, every fear. He deserves a worse death than other parricides; it was his father who convicted him." And the *colour* he

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> §5.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> To ask for help: the idea is that the son was not properly tried (cf. Latro in  $\S16$ ).

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> One element, at least, of the traditional punishment.

colore per totam declamationem usus est, ut diceret hoc se tamquam gravius elegisse. Displicebat color hic prudentibus. Quam enim spem habet absolutionis si nec paruit nec pepercit?

Haterius hoc colore usus est: Diu mecum disputavi. Parricida est quem non testis protrahit, non index coarguit? Quid ergo? innocens  $\langle est \rangle^1$  quem condemnat pater? Invenioque poenam simillimam rei:<sup>2</sup> mersam, non tamen ex toto perditam ratem, quae vel punire fratrem posset vel absolvere.

25 Triarius et ipse quasi sententiam de fratre ferri voluisset egit et dixit: tandem ad caelum manibus levatis "quidquid est " inquam "quod terris imperat, quod regnat profundo, quidquid est quod ex sublimi res spectat humanas, invoco: damnatus alto committitur; di, iudicate post patrem!" Haec sententia dicebatur ex Graeco translata, sed Graeca corruptior est: Πόσειδον, ἀμετρήτων δέσποτα βυθῶν, τὴν ἐνάλιον κληρωσάμενε βασιλείαν, ἀνάγεται πατροκτόνος· μετὰ πατέρα δίκασον.

A parte patris, quod ab archipirata dimissus est, 287M sic Cestius: poenam, inquit, putavit mihi hanc esse morte graviorem. Et sic posuit in narratione: rogabam ut occiderer; non impetravi.

26 Varius Geminus ait: in hoc me dimisit, non quia

CONTROVERSIAE 7. 1.24-26

used all through his declamation was to say he had chosen this method as being harsher. Men of discernment were displeased by this *colour*: what hope of acquittal has he if he neither obeyed his father nor showed mercy to his brother?

Haterius used this *colour*: "I disputed with myself for a long while. Is he a parricide whom no witness tells on, no informer denounces? But then is he innocent whom a father condemns? And I found a penalty very suitable for the situation: a boat that had been sunk but not altogether destroyed, that could either punish my brother or acquit him."

Triarius, too, pleaded as though he had wished a 25 verdict to be passed on the brother. He said: "Finally, raising my hands to the heavens, I said: Whatever it is that reigns on earth, whatever it is that rules the deep, whatever it is that from on high looks on the affairs of man, I invoke it. The condemned man is entrusted to the deep. Gods, do you judge, now that his father has judged!" This epigram was a translation from the Greek; but the Greek is in worse taste: "Poseidon, master of the measureless depths, who drew by lot the kingdom of the sea,<sup>1</sup> the parricide is setting sail; judge, now that his father has judged."

On the father's side, as to the release of the father by the pirate chief Cestius said: "He thought that this was a harsher punishment for me than death." And he similarly put into the narration the words: "I asked to be killed; I did not have my wish granted."

Varius Geminus said: "He let me go not because 26<sup>1</sup> When the three sons of Kronos divided up the world.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Gertz.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> rei *Ôtto*: reo.

me volebat salvum esse, sed ad patrocinium suum, ut, quia non nunc occiderat, videretur nec ante voluisse.

Latro dixit: quis porro me uno miserior est, qui vitam parricidae debeo?

Diocles Carystius elegantem sensum in prooemio posuit pro adulescente cum diceret causas se abdicationis non invenire, luxuriae se occasionem non habuisse, parricidium sibi non obici, etiam contrario se nomine laborare: fortasse, inquit, queritur quod captum non redemerim. Adiecit:  $o\dot{v}\kappa \ \ddot{e}\delta\epsilon\iota^{-1}\lambda\dot{v}\tau\rho\omega\nu$ .  $\pi a\hat{i}s \ \hat{\eta}\nu$ . Et cum tractaret in ultima parte debere patrem etiam vitia liberorum ferre, utique in unico, adiecit:  $\pi\epsilon\pi\epsilon\epsilon\rho\sigma\alpha\iota$ ,  $\pi\acute{a}\tau\epsilon\rho$ ,  $\ddot{o}\tau\iota$  καὶ  $\piov\eta\rho$ òs  $\dot{\epsilon}vio\tau\epsilon$  $viós \ \dot{e}\sigma\tau\iota\nu \epsilon \ddot{v}\chi\rho\eta\sigma\tau$ os.

Artemo in descriptione tempestatis laudatus est; et belle accessit ad eam:  $\tau \eta \nu \tau \sigma \hat{\upsilon} \epsilon \vartheta \pi \lambda \sigma \eta \sigma a \nu \tau \sigma s$  $d\nu a \gamma \omega \gamma \eta \nu \ \ddot{\alpha} \kappa \sigma \sigma \sigma \sigma \nu$ , et cum de ipso navigio diceret, pulchre coepit:  $\sigma \kappa \dot{\alpha} \phi \sigma s \ \ddot{\epsilon} \rho \eta \mu \sigma \nu$ ,  $d\nu \dot{\sigma} \sigma \tau \sigma \upsilon \tau \vartheta \chi \eta s$ , et ultimam descriptionis sententiam proposuit:  $\nu a \upsilon a \gamma \dot{\sigma} s$  $d\pi \dot{\sigma} \lambda \iota \mu \dot{\epsilon} \nu \omega \nu \ d\nu \eta \chi \theta \eta$ ,<sup>2</sup> et ad partem narrationis eleganter transit:  $\delta \iota \eta \gamma \eta \sigma a \iota \nu \vartheta \nu$ ,  $\pi \dot{\alpha} \tau \epsilon \rho$ ,  $\pi \hat{\omega} s \langle \sigma' \rangle$  288M  $d\pi \dot{\epsilon} \lambda \upsilon \sigma \epsilon \nu \ o \vartheta \tau \omega s \ d\pi \sigma \lambda \upsilon \theta \epsilon \dot{\epsilon} s$ .

Glycon dixit: ἰδία κριτοῦ ἐνὸς οὐκ ἀρκεῖ καταδίκη·<sup>3</sup> ἐπὶ ναυαγίą εἰς ναῦν ἐστεθείς·<sup>4</sup> εὕρίσκει τὸ μηδὲν ἀδικεῖν τύχην.

<sup>3</sup> ίδία—καταδίκη Gertz: ΙΔεΔ—ΚΑΤΑΜΚΝ.

<sup>4</sup> If this sentence is correctly restored, it is not complete.

he wanted me to be safe, but with an eye to his own defence —hoping that, because he hadn't killed me on this occasion, he might be thought not to have wanted to before either."

Latro said: "Who, moreover, is more wretched than I alone, who owe my life to a parricide?"

Diocles of Carystos, for the youth, placed a choice idea in his proem: he said he could find no grounds for disinheritance; he had had no opportunity for debauchery, he was not being reproached with parricide, in fact the charge that he was faced with was quite the opposite. "Perhaps," he said, "his complaint is that I did not ransom him when he was captured." He added: "He needed no ransom-money: it was his son." And when he was at the end of his speech, handling the point that a father ought to put up even with the faults of his children, particularly an only child, he added: "You have learned by experience, father, that sometimes even a wicked son has his uses."

Artemo was praised for his description of a storm. He passed to it elegantly: "Hear now how the lucky sailor put to sea." And when he was talking of the actual boat, he started nicely: "A boat that had been abandoned, fated never to return home." And the last epigram in his description was: "He left the harbour a wrecked man." He made a neat transition to one part of his narrative: "Tell us now, father, how it was that one who set sail thus set you—free."<sup>1</sup>

Glycon said: "The private judgement of a single judge is insufficient.—. . . set on board ship to suffer shipwreck . . .—Innocence finds good fortune."

<sup>1</sup> So, in Latin, in §15.

<sup>1</sup> ἔδει ed.: εCIXε.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup>  $dv \eta \chi \theta \eta$  Gertz: aNNXON.

27 Soleo dicere vobis Cestium Latinorum verborum inopia  $\langle ut \rangle^1$  hominem Graecum laborasse, sensibus abundasse; itaque, quotiens latius aliquid describere ausus est, totiens substitit, utique cum se ad imitationem magni alicuius ingeni derexerat, sicut in hac controversia fecit. Nam in narratione, cum fratrem traditum sibi describeret, placuit sibi in hac explicatione una et infelici: nox erat concubia, et omnia, iudices, canentia  $\langle sub \rangle^2$  sideribus muta erant. Montanus Iulius, qui comes fuit  $\langle Tiberii \rangle$ ,<sup>3</sup> egregius poeta, aiebat illum imitari voluisse Vergili descriptionem:

nox erat et terras animalia fessa per omnis, alituum pecudumque genus, sopor altus habebat.

At Vergilio imitationem bene cessisse, qui illos optimos versus Varronis expressisset in melius:

desierant latrare canes urbesque silebant; omnia noctis erant placida composta quiete.

Solebat Ovidius de his versibus dicere potuisse fieri 289M longe meliores si secundi versus ultima pars abscideretur et sic desineret:

omnia noctis erant.

<sup>1</sup> Supplied by Müller.

<sup>3</sup> Supplied by Kiessling.

I often tell you that Cestius, being a Greek, was 27 handicapped by a lack of Latin words, while overflowing with ideas. And so, whenever he ventured on some more extravagant sweep of description, he would get stuck, especially when he had set himself to imitate some great genius. This is what happened in our present *controversia*. In his narration, when he was describing how his brother was handed over to him, he was satisfied with this one unhappy vignette: "It was dead of night, and all singing things, judges, were silent beneath the stars." Julius Montanus, who was a friend of Tiberius and an outstanding poet, said that Cestius had intended to imitate Virgil's description:

" It was night, and over all the earth tired creatures,

Birds and beasts, were held in deep sleep."<sup>1</sup>

Virgil, however, had (according to Montanus) been fortunate in his imitation, for he had rendered for the better those excellent lines of Varro:

" Dogs had ceased to bark, the cities were still, Everything was settled in the quiet calm of night."<sup>2</sup>

Ovid used to say of these verses that they could have been much better if the last part of the second line were cut out and it finished thus:

" Everything was of night." <sup>3</sup>

<sup>1</sup> Aen. 8.26-7.

<sup>2</sup> Varro Atacinus frg. 8 Morel; the first line is also quoted by Sen. *Ep.* 56.6. Varro was translating Apoll. Rhod. 3.749-50.

<sup>3</sup> A typically Ovidian turn of phrase; cf. *Met.* 1.292: "omnia pontus erat."

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Supplied by Schultingh.

Varro quem voluit sensum optime explicuit, Ovidius in illius versu suum sensum invenit; aliud enim intercisus versus significaturus est, aliud totus significat.

Π

POPILLIUS CICERONIS INTERFECTOR

De moribus sit actio.

Popillium parricidii reum Cicero defendit; absolutus est. Proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit Popillius et caput eius ad Antonium rettulit. Accusatur de moribus.

1 BASSI SEPULLI. Si accusasset Cicero Popillium, viveret. Occidit Ciceronem Popillius: puto, tam creditis occisum ab isto patrem. Ut uno ictu pereat, tantum dabo: pro Cicerone sic liceat pacisci?

GAVI SABINI. Quod unum potuimus effecimus, ut veniret tempus quo Popillius Ciceronem desideraret.

#### CONTROVERSIAE 7. 1.27-2.1

Varro developed the idea *he* wanted excellently, while Ovid found in Varro's verse an idea of his own. The abbreviated line will mean something different from the complete one.

 $\mathbf{2}$ 

POPILLIUS, KILLER OF CICERO

#### An action may lie for misconduct.<sup>1</sup>

Cicero defended Popillius on a charge of parricide; he was acquitted. When Cicero was proscribed, Popillius was sent by Antony to kill him, and he brought back his head to Antony. He is accused of misconduct.<sup>2</sup>

#### Against Popillius

SEPULLIUS BASSUS. If Cicero had accused Popillius, 1 he<sup>3</sup> would still be alive.—Popillius killed Cicero; I imagine you are now prepared to believe that he killed his father.—" I will give such-and-such an amount for his death at a single blow ":<sup>4</sup> may one bargain thus for Cicero?

GAVIUS SABINUS. We have done the only thing in our power—ensured that a time came when Popillius

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> There was an *actiode moribus* at Rome, but it was restricted to divorce cases. Bonner (p. 124) suggests that "the position envisaged may be that of the summoning of Popillius by the censors." Compare also RLM p. 349.36.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> The accusation is imaginary, like Cicero's defence of Popillius for parricide (see §8). Our sources are more certain than Seneca himself was that Popillius did kill Cicero: for the evidence (including S. 6.20) see M. Gelzer, *Cicero* (Wiesbaden, 1969), 408. For more on the last days of Cicero, see S. 6-7.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> i.e. Cicero—Popillius would have been convicted.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> These words allude to Cicero's own in *Verr.* 5.118, where he pictures Verres' lictor saying to a Sicilian: "Ut uno ictu securis adferam mortem filio tuo, quid dabis?"

" Popilli, potes " inquit " Ciceronem occidere; potes vel patrem."

PORCI LATRONIS. Prorsus occisurus Ciceronem debebat incipere a patre. "Antonius" inquit "me iussit." Non pudet te, Popilli? Imperator te tuus credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputavit manum, 290M effecit ut minimum in illo esset crimen quod Ciceronem occidit. Facinus indignum! Felicissime licet cedat actio, id solum proficiemus, ut qui Ciceronem occidit tantum erubescat. Pro di boni! occisum Ciceronem malos mores voco.

2 ALBUCI SILI. Caedit cervices tanti viri et umero tenus recisum amputat caput. I nunc et nega te parricidam. Hoc unum tamen feliciter fecisti, quod ante occidisti patrem quam Ciceronem. Facilius pro parricida iudicem movit quam pro se clientem. Ad vos hoc, patroni, exemplum pertinet: nullos magis odit Popillius quam quibus plurimum debet. Ubicumque estis, iudices, qui in istum reum sederatis, ecquid paenitet absolvisse?

ARGENTARI. Impius est, ingratus est, audeo dicere: parricida; sensit qui defenderat. Respice forum: hic sub Cicerone sedisti; respice rostra: hic supra Ciceronem stetisti. Quantum eloquentia felt the need of Cicero.<sup>1</sup>—" Popillius," he<sup>2</sup> said, " you are capable of killing Cicero—you are capable of killing even your father."

PORCIUS LATRO. Since he was destined to kill Cicero, he obviously had to start with his own father.<sup>3</sup> —" Antony ordered me to." Aren't you ashamed, Popillius? Your general thought you capable of parricide.—He cut off his head, severed his hand, made sure the least of his crimes would be to have killed Cicero.—What an outrage! However successfully the suit goes for us, our only gain will be that Cicero's killer merely—blushes.—Good God, that I should call the death of Cicero " misconduct "!

ALBUCIUS SILUS. He struck the neck of the great 2 man, cut it right through to the shoulder and removed the head. Now go and say you are no parricide!—Your only fortunate act was to kill your father before you killed Cicero.<sup>4</sup>—Cicero found it easier to move the judge on behalf of a parricide than to move his client on behalf of himself.—This is a precedent affecting you, defence-counsel; Popillius hates no-one more than those to whom he owes most. —Wherever you are, judges who sat in trial on this defendant, aren't you sorry you acquitted him?

ARGENTARIUS. He is wicked, ungrateful and, I dare to say it, a parricide; his counsel has felt to his cost how true that is.—Look at the forum: here you sat at Cicero's feet.<sup>5</sup> Look at the rostra: here you stood over Cicero.<sup>6</sup>—How powerful was Cicero's

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> To defend him on this charge: cf. §5 "Nor do I despair..."

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> i.e. Antony.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> It may be relevant that Cicero was named *pater patriae* for his suppression of Catiline. But the main idea is that of "working up" to a major crime via lesser ones (for which see 7.3.1 n.).

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Who was thus alive to defend you.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> While he defended you.

<sup>&</sup>lt;sup>6</sup> Cicero's hands and head were displayed on the rostra in the forum (see e.g. S. 6.26).

tua, Cicero, potuit! Popillius de moribus reus est. Abscidit cervices loquentis: haec est absoluti clientis post longum tempus salutatio. Parce iam, quaeso, Popilli: nihil tibi nisi occidendum Ciceronem mandavit Antonius. Duo fecit parricidia, quorum alterum audistis, alterum vidistis.

3 CESTI PII. Si dixero: "adulescentia turpis est, infamis pueritia," respondebit: iam ista Cicero defendit. Non pudet (te),<sup>1</sup> Popilli? accusator tuus vivit. "Quid tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis?" Parricida, sic etiam tu perisses.

291M

FULVI SPARSI. Non credidisset Popillium facturum Antonius nisi in mentem illi venisset illum et parricidium fecisse. Facinus indignum! A me defenditur Cicero, cum Popillium Cicero defenderit.

MENTONIS. Non magis quisquam alius occidere Ciceronem potuit praeter Popillium (quam quisquam alius Popillium)<sup>2</sup> praeter Ciceronem defendere. Parricidam quom vivos negarit Cicero, occisus ostendit. Fortunam Ciceronis! Antonius illum proscripsit, qui accusatus est, Popillius occidit, qui defensus est. Si damnatus esses, carnifex te culleo totum<sup>3</sup> insuisset. Video quid respondeat: non credet Antonius occisum Ciceronem a Popillio nisi ei signum attulerit.

- <sup>1</sup> Supplied by Müller and Gertz (comparing E).
- <sup>2</sup> Supplied by Thomas.

<sup>3</sup> totum V, Shackleton Bailey: teo tum AB.

## CONTROVERSIAE 7. 2.2-3

eloquence! Popillius is charged with misconduct.<sup>1</sup>— He cut Cicero's neck while he was still speaking; this is the greetings an acquitted client gives after a long interval.—Stop there, please, Popillius; Antony merely told you to kill Cicero.—He has done two parricides: you have heard tell of one, seen the other.

CESTIUS PIUS. If I say: "Your adolescence is 3 shameful, your boyhood a disgrace," he will reply: "Cicero has already defended that."—Do you feel no shame, Popillius? It is your *accuser* who still lives. —"What is so commonly shared as breath by the living, earth by the dead, sea by the storm-tossed, shore by those cast up?"<sup>2</sup> Parricide, you too would have died like that.

FULVIUS SPARSUS. Antony would not have believed Popillius would do it if he hadn't recalled that he had also done a parricide.—What an outrage! I have to defend Cicero—yet Cicero defended Popillius.

MENTO. No-one but Popillius could have killed Cicero—just as no-one but Cicero could have defended Popillius.—The man who the living Cicero said was no parricide was shown to be one by Cicero dead.— What luck Cicero had! Antony, who had proscribed him, he had accused; Popillius, who killed him, he had defended.—If you had been convicted, the executioner would have sewn you in the sack unmutilated.—I see what he may reply: "Antony will not believe that Popillius killed Cicero unless he takes him back a proof."

undergoing punishment. Cicero himself criticised them in *Orat.* 107 (cf. Quintilian 12.6.4). They are imitated in *Decl.* p. 181 Ritter. When Cestius says "like that," he means: "in the manner alluded to in that passage of Cicero."

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> i.e. but for Cicero's skill, Popillius would not have lived to be tried on this charge.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Famous words of Cicero from the early speech for Sextus Roscius (72), describing elements foregone by the parricide

4 TRIARI. Praesta Ciceroni quod propinqui Catilinae, quod amici Verris, quod (clientes Clodi)<sup>1</sup> praestiterunt: proscriptum transi. Ne a mortuo quidem manus abstinet, lacerat occisum. Popilli, hoc parricidium tertium tuum est.

Ромреї Silonis. Numquid magis exonerare te possum? praesta Ciceroni quod Antonius.

CORNELI HISPANI. Dic: Antoni, ego istud scelus facere possum: et patrem occidi. Securi erant amici Ciceronis postquam ad illum Popillius missus est.

ARELLI FUSCI patris. Potuisti Ciceronem occidere? At quam nobis bene persuaserat Cicero parricidium te facere non posse! Occidisti tu Ciceronem loquentem: numquid, inquit, est aliquis ex tuis verendus index? an nemo Ciceroni timendus est qui cum 292M Popillio venit?

5 Q. HATERI. Qui modo Italiae umeris relatus est, nunc sic a Popillio refertur? Proposito in rostris capite Ciceronis, quamvis omnia metu tenerentur, gemitus tamen populi liber fuit.

<sup>°</sup> IULI BASSI. <sup>"</sup> Proscriptus " inquit " erat Cicero." Pater certe tuus proscriptus non fuit.

BLANDI. Di manes Popilli senis et inultae patris, Cicero, te persecuntur animae, ut quem negasti parricidam sentias.

CAPITONIS. Deduxi ad vos reum omnium quos terra sustinet nocentissimum, ingratum, inpium,

<sup>1</sup> Supplied by Kiessling.

TRIARIUS. Grant Cicero the boon that Catiline's 4 relatives, Verres' friends, Clodius' clients granted him:<sup>1</sup> now that he is proscribed, pass him by.—His hand spares not even the dead—it mutilates the man it has killed. Popillius, this is your third parricide.

POMPEIUS SILO. Can I lighten your burden further? Give Cicero what Antony gave him.<sup>2</sup>

CORNELIUS HISPANUS. Say: "Antony, I can do this deed; I killed my father too."—Cicero's friends were unworried when it was Popillius who was sent to him.

ARELLIUS FUSCUS SENIOR. Were you capable of killing Cicero? Yet how well Cicero had persuaded us that you could not commit parricide!—You killed Cicero as he said: "Need you fear that any of your companions will inform on you?<sup>3</sup> Or should Cicero fear no-one who comes in the company of Popillius?"

QUINTUS HATERIUS. Once he was carried back on 5 the shoulders of Italy;<sup>4</sup> is he now carried back by Popillius—thus?—When Cicero's head was displayed on the rostra, though fear gripped all, yet the groans of the people were free.<sup>5</sup>

JULIUS BASSUS. "Cicero had been proscribed." Surely your father had not.

BLANDUS. The ghost of the elder Popillius, the unavenged spirit of his father, harry you, Cicero, so that you may feel the blow of one you said was no parricide.

CAPITO. I have brought before you a defendant who is the most guilty man alive on earth, ungrateful,

<sup>3</sup> If, that is, he let Cicero go (as Latro suggests in §9).

<sup>4</sup> Allusion to Cicero's triumphal return from exile in 57 B.C. (cf. post Red. 39).

<sup>5</sup> Haterius here quotes Cicero's own words (*Phil.* 2.64).

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> i.e. the intimates of Cicero's worst enemies spared him: why should a friend harm him?

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Popillius is asked to kill without mutilation, as Antony had ordered (for Antony requiring mutilation, however, see §12).

percussorem, bis parricidam; nec tamen timeo; patroni viderint: nemo a Popillio nisi post beneficium occiditur. Ne damnationem quidem istius despero; non enim a Cicerone defenditur. Timeo ne causae non satis faciam. Major causa est occisum a Popillio Ciceronem queri quam fuit aliquando pro-6 bare non occisum patrem. Ciceronem quisquam potuit occidere qui audiit? Minturnensis palus exulem Marium non hausit; Cimber etiam in capto vidit imperantem; praetor iter a conspectu exulis flexit; qui in crepidine viderat Marium in sella figuravit. Non possumus de Popillio queri: eodem loco patronum habuit quo patrem. Cn. Pompeius terrarum marisque domitor Hortensi se clientem libenter professus est; et Hortensius bona Pompei, non Pompeium defenderat. Romulus, horum moenium conditor et sacratus caelo parens, non tantam urbem fecit quantam Cicero

7 servavit. Metullus Vestae extinxit incendium, Cicero 293M Romae. Glorietur devicto <sup>1</sup> Hannibale Scipio, Pyrrho Fabricius, Antiocho alter Scipio, Perse Paulus, Spartaco Crassus, Sertorio et Mithridate Pompeius: nemo hostis Catilina propius accessit. Fertur ad-

<sup>1</sup> devicto Bursian: reuocato.

wicked, an assassin and double parricide. But I have no fears-it is his defence counsel who should beware : Popillius only kills those who do him a service. Nor do I despair of his being convicted; he isn't being defended by Cicero.-I fear I may not do the case justice. It is a more serious matter <sup>1</sup> to complain of Cicero's killing at the hands of Popillius than it was in time past to prove that he did not kill his father.— Could anyone who had heard Cicero speak bear to kill 6 him? The marsh of Minturnae did not engulf the exiled Marius;<sup>2</sup> the German saw the general even in the guise of a captive; the praetor diverted his course to avoid seeing the exile; one who had seen Marius in the gutter thought of him as he was in his official seat. -We cannot complain of Popillius; he treated his defender as he had treated his father.-Pompey, conqueror on land and sea, willingly avowed himself Hortensius' client; and Hortensius had defended Pompey's property, not his person.<sup>3</sup>-Romulus, founder of these walls and deified parent of our city, did not make the city so great as it was when Cicero saved it.4-Metellus put out the fire in the temple of 7 Vesta,<sup>5</sup> Cicero the fire in Rome. Let Scipio glory in the defeat of Hannibal, let Fabricius triumph over Pyrrhus, the second Scipio over Antiochus, Paulus over Perses, Crassus over Spartacus, Pompey over Sertorius and Mithridates. No enemy came closer 6

<sup>3</sup> For this defence (86 B.C.) see Cic. Brut. 230.

 $<sup>{}^{\</sup>mathbf{1}}$  In the sense that the crime is even more outrageous and incredible.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cf. C. 1.1.3. For Marius' adventures in 88 B.C. see e.g. Vell. Pat. 2.19, Val. Max. 2.10.6. The German slave sent to kill him recognised him because he had been imprisoned by him in the Cimbric wars. According to Plut. *Mar.* 40.3 seq. Sextilius, praetor of Africa, banned Marius from entering the province.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> From Catiline in 63 B.C., when the burning of Rome was threatened.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> See C. 4.2.

<sup>&</sup>lt;sup>6</sup> i.e. to Rome; all the other enemies stopped short of the city.

prensum coma caput et defluente sanguine hunc ipsum inquinat locum in quo pro Popillio dixerat.

BUTEONIS. Quanta est vis<sup>1</sup> eloquentiae! probavit ab eo non occisum patrem a quo occidi poterat etiam Cicero.

MARULLI. Si inimicus essem patronis, optarem ut reus absolveretur. Turpe iudico in ea civitate Ciceronem non defendi in qua defendi potuit etiam Popillius.

8 Popillium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis et hi quoque non parricidi reum a Cicerone defensum, sed in privato iudicio: declamatoribus placuit parricidi reum fuisse. Sic autem eum accusant tamquam defendi non possit, cum adeo possit absolvi ut ne accusari quidem potuerit.

Latroni non placebat illum sic accusari quomodo quidam accusaverunt: obicio tibi quod occidisti hominem, quod civem, quod senatorem, quod consularem, quod Ciceronem, quod patronum tuum. Hac enim ratione non adgravari indignationem sed fatigari. Statim illo veniendum est ad quod properat auditor; nam in reliquis adeo bonam causam habet Popillius ut, detracto eo quod patronum occidit, nihil negoti habiturus sit; patrocinium eius est civilis belli 294M necessitas. Itaque nolo per illos reum gradus ducere quos potest tutus evadere. Licuit enim in bello et hominem et<sup>2</sup> civem et senatorem et consu-

<sup>1</sup> quanta est vis Gertz: quanta(e) fuit.

than Catiline.—He carried the head by the hair, and with the dripping blood polluted this very spot where it had spoken for Popillius.

BUTEO. How mighty is eloquence! It proved that the man who could kill even Cicero did not kill his own father.

MARULLUS. If I were an enemy of the defence counsel, I should pray for the acquittal of the defendant.—It is shameful, to my mind, for Cicero not to be defended in the city where even Popillius could find a defender.

Few of the historians have told us that Popillius was 8 the killer of Cicero, and even they didn't represent him as having been defended by Cicero for parricide, but rather in a private suit. It was the declaimers who decided that he had been tried for parricide. But they accuse him in such a way as to suggest he cannot be defended: yet he can be acquitted—in fact he could not even have been accused.

Latro didn't approve of him being accused as some accused him: "I charge you with killing a man, a citizen, a senator, a consular, Cicero, your defender." He said that by this method indignation was not piled up but fatigued. "One must come at once to the point to which the listener is hurrying; for as to the rest Popillius has so good a case, that, leaving aside the fact that it was his defence counsel that he killed, he is going to have no trouble; his defence is the necessity arising from the circumstances of the civil war. So I don't want to lead the defendant through stages where he is capable of getting safely off. He had a right to kill a man, a citizen, a senator, a con-

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> hominem et Gertz: cum AB (om. V).

larem occidere, ne in hoc quidem crimen est, quod Ciceronem, sed quod patronum. Naturale est autem ut, quod in nullo patrono fieri oportuit, indignius sit factum in Cicerone patrono.

- Latro accusavit illum de moribus, primum quod 9 sic vixisset ut causam parricidi diceret, deinde quod patronum suum occidisset. Et fecit has quaestiones: an non possit eo nomine accusari (quo) absolutus est. "Si quis" inquit "volet hodie parricidi me postulare, non poterit. Quomodo quod crimen obici non potest puniri potest?" An in bello civili acta obici non possint. Honeste dixit, cum hunc locum tractaret, Varius Geminus: si illa, inquit, tempora in crimen vocas, dicis non de hominis sed de rei publicae moribus. Si potest quod civili bello actum est obici, an hoc obici debeat. Hanc quaestionem in illa divisit: an, etiamsi necesse ei fuit facere, non sit tamen ignoscendum. Ad quaedam enim nulla nos debet necessitas conpellere. Hoc loco Latro dixit summis clamoribus: ita tu, Popilli, si Antonius iussisset, et patrem tuum occideres? Deinde an non fuerit illi necesse. Potuisti excusare te, potuisti praemittere aliquem ad Ciceronem, ut sciret et fugeret; necesse 295M certe non fuit manum caputque praecidere mortuo.
- 10 Colorem pro Popillio Latro simplicem habuit: necessitate coactum fecisse; et hoc loco illam sen-

sular—in war-time. There is no charge to be found, either, in the fact that the victim was Cicero—merely in the fact that Cicero had defended him. But it is natural that what would have been wrong in the case of any defence counsel should be particularly wicked where Cicero was the counsel in question."

Latro accused him of misconduct first for living 9 such a life as to have to face a charge of parricide, then for killing his advocate. And he distinguished these questions: Can he be accused of something of which he has been acquitted? " If anyone wants to accuse me of parricide today, he will not be able to.<sup>1</sup> How can there be punishment of a crime if it cannot be made the subject of a charge?" Can deeds done in the civil war be the subject of a charge? Varius Geminus well said on this topic: " If you are calling those times to account, you are talking not of a man's conduct but of the state's." If acts done in the civil war can be made the subject of a charge, ought this one to be? This was how he sub-divided this question: Even if he had to do it, should he be forgiven? For to some things we should not be driven by any compulsion. At this point Latro, amid great enthusiasm, said: "Would you then, Popillius, kill even your father if Antony had ordered it?" Then: Had he to do it? "You could have excused yourself, you could have sent someone else on ahead to Cicero, so that he could have known you were coming and escaped. And you certainly did not have to cut the dead man's head and hand off."

Latro had a straightforward *colour* for Popillius— 10 that he had acted from necessity. This was where he

<sup>1</sup> Once tried, a case could not be brought again.

tentiam dixit: miraris si eo tempore necesse fuit Popillio occidere quo Ciceroni mori?

Albucius dixit in poenam Ciceronis (ab Antonio)<sup>1</sup> electum amicissimum Ciceroni, quasi exprobraturus per hoc illi fortunam esset. Molestius, inquit, feret se a Popillio occidi quam occidi.

Marcellus Aeserninus eundem colorem aliter induxit. Cogitabat, inquit, secum Antonius: Quod Ciceroni excogitabo supplicium? Occidi iussero? Olim iam adversus hunc metum emunivit animum: scit mortem nec inmaturam esse consulari nec miseram sapienti. Fiat aliquid novi, quod non expectat, quod non timet; non indignatur cervicem hosti porrigere, indignabitur clienti. Popillium aliquis vocet, ut sciat quantum illi defensi rei profuerint.

Silo Pompeius hoc colore usus est: Offendebar, inquit, proscriptione et quaedam liberius loquebar.
"Non miror; Ciceronis cliens es: tanto magis occide Ciceronem tuum." Et dixit non suae infirmitatis sententiam: uterque, inquit, sed diverso genere punitus est: Ciceronis proscriptio fuit occidi, mea occidere.

Marullus, praeceptor noster, sic narravit: *iussit*, inquit, *imperator*, *iussit victor*, iussit qui proscribebat: ego illi negare quicquam possem cui nihil poterat negare res publica?

Blandus hoc colore: Volui, inquit, me excusare; <sup>1</sup> Supplied by Gertz. spoke the epigram: "Are you surprised Popillius had to kill—at a time when Cicero had to die?"

Albucius said that Antony had chosen a close friend of Cicero to punish him, as though in this way to make his fortune a gibe at him. "He will be more distressed to be killed by Popillius than just to be killed."

I remember one Crispus, a declaimer of the old days, in the *controversia* about the hero who keeps his third son at home after his first son had lost his sight killing a tyrant and the second his hands in battle, say: "Arise now, living corpses, beg on your father's behalf. But why do I mock my sons? One cannot see from whom he is to beg, the other has nothing with which to beg."

Many have found themselves deceived by the 10 rhythm of a well-sounding epigram. Thus I recall Porcius Latro—in order to reproach the schoolmen with this carelessness in listening, particularly because Triarius used to please many in the schools, and take them all in, by his arrangement of pretty wordcadences—finishing off a passage in some *controversia*, when he was flowing along with splendid and passionate diction, with these words: "Among the tombs there are memorials."<sup>2</sup> And when the schoolmen shouted their applause, he weighed into them, as was only right, and made sure that in future they expressed their appreciation even of good sayings rather more slowly, in their fear of a trap.

Glycon said: "Hurry, mother, take hold of your child. Wretched woman, you cannot see him even if you win."<sup>3</sup>—She says: "If you don't feed me, stay here—to bury me."<sup>4</sup>

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. C. 4.1: "There is no better cause . . . ," and esp. Sen. *Phoen.* 240: "All that was left was tears: and even these I have snatched from myself" (the blind Oedipus speaks).

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Virtually (and intentionally) meaningless.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Or: "do catch him firmly" [Warmington].

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Cf. §1 Albucius.

Hybreas in hac controversia dixit:  $\tau \epsilon \kappa \nu \sigma \nu$ ,  $\kappa a \nu \mu \epsilon \phi \epsilon \nu \gamma \eta s$ ,  $\kappa a \tau a \lambda \eta \psi \sigma \mu a \ell \sigma \epsilon \delta \pi a \iota \tau \sigma \delta \sigma a$ . Hoc quibusdam corruptum videbatur, Romanius tamen . . .

#### V

#### QUINQUENNIS TESTIS IN PROCURATOREM

Mortua quidam uxore, ex qua filium habebat, duxit aliam: sustulit ex ea filium. Habebat procuratorem in domo speciosum. Cum frequenter essent iurgia novercae et privigno, iussit eum semigrare: ille trans parietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio procuratoris et matris familiae. Quodam tempore pater familiae in cubiculo occisus inventus est, uxor volnerata, communis paries perfossus; placuit propinquis quaeri a filio quinquenni, qui una dormierat, quem percussorem cognosceret; ille procuratorem digito denotavit. Accusat filius procuratorem caedis, ille filium parricidi.

1 ARELLI FUSCI patris. Ut audivi clamorem, si qua est fides, deprensos a patre adulteros putavi. Quis ferret te voluntariam testem in forum venientem,

#### CONTROVERSIAE 7. 4.10–5.1

Hybreas said in this *controversia*: "Son, even if you leave me, I will overtake you with my entreaties." Some thought this in bad taste, but Romanius . . .

#### $\mathbf{5}$

#### The Five-year-old Who Testified Against the Agent

A man lost his wife, by whom he had a son, remarried and raised a son by his second wife. He had a good-looking agent in his household. The step-mother and step-son quarrelled frequently, and he ordered his son to move; he rented a house next door. There was a rumour of adultery between the agent and the mother. One day the father was found killed in his bedroom, his wife injured and the party-wall dug through.<sup>1</sup> The relations decided to ask the fiveyear-old son who had slept in the same room whom he recognised as the assassin; he identified the agent by pointing at him. The (elder) son accuses the agent of murder, while the agent accuses the son of parricide.<sup>2</sup>

#### For the son

ARELLIUS FUSCUS SENIOR. If you will believe me, 1 when I heard a shout I thought my father had caught his wife in adultery.—Who would tolerate you coming

<sup>1</sup> Bornecque points out that what some of the declaimers (e.g. Bassus in §5) say suggests that the theme originally mentioned that the murderer was seen to have a light.

 $^2$  This mutual accusation was known as *anticategoria* (see Adamietz on Quintilian 3.10.4).—Slightly similar themes appear in *Decl.* 1–2.

etiamsi venires dictura pro filio? Miserrime puer, quamvis  $\langle ipse \rangle^1$  pericliter, plus tamen pro te timeo: nimium fraternis insistis vestigiis; itaque iam tibi cum matre non convenit. Quamdiu mater vixit, pater me fuit procuratore contentus. Non facile 312M fit parricidium. Vis scire quantum natura possit? etiam infans pro fratre loquitur.

TRIARI. Vivo patre adultera, moriente conscia, mortuo testis. Aliquis uno teste contentus est: dabo puerum. Aliquis non est uno teste contentus: dabo populum. Obicit privigno parricidium, filio mendacium.
2 Intrat procurator qua solebat. Dic, puer, quis patrem tuum occiderit, dic audaciter; eundem nominas quem populus. Nox placet sceleri: prorsus adulteri tempus. Habui patrem tam bonum ut, cum uxorem habere vellet, tamen me novercam habere noluerit. Quo mihi lumen? tantum admissuro nefas optanda nox est. "Quid" inquit "ante peccavi?" Dissimile est: memento enim de homicida quaeri; potest tirocinium esse homicidium, parricidium non potest. Lumen attulisti ut discerneres illic quem leviter volnerare deberes. Videmus adactum in

<sup>1</sup> Supplied by Kiessling.

<sup>3</sup> Who spread the rumour.

as a voluntary witness to the court, even if you came to speak on a son's behalf ?<sup>1</sup>—Miserable child, whatever my own danger, I fear more for you. You tread too closely in your brother's footsteps: that is why you already disagree with your mother.—While my mother lived, my father was content to use *me* as his agent.—Parricide is no easy matter. If you want to know the power of natural ties: even a child <sup>2</sup> is ready to speak on his brother's behalf.

TRIARIUS. Adulteress while my father lived, accomplice in his death, witness after his death.-If one witness is enough, I will put up the child; if one is not enough, I will put up the people.<sup>3</sup>—She charges her step-son with parricide, her son with a lie.—The agent comes in—the way he usually came. -Say, child, who killed your father, say it boldly; 2 you give the same name as the people.-Night is to the liking of crime—that is precisely the time for adultery.—I had so good a father that, though he wanted a wife, he didn't want me to have a stepmother.-What should I want light for? Darkness is something to be prayed for by a man who intends such a crime.---"What wrong have I done up to now?" That is not the same thing;<sup>4</sup> remember this is a trial for homicide : homicide may be a practice runnot so parricide.-You brought a light to make out there the one you had to wound-slightly.5-We see

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Let alone against a step-son. Arellius alludes to the ban on convicted adulteresses giving evidence (Dig. 22.5.18).

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> There is perhaps a play on the root meaning of *infans* ("unable to talk"). "Infancy" was thought to last as much as seven years (Isid. *Etym.* 11.2.2).

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> i.e. for the son and the agent. The son doesn't need to find anything in the past record of the agent, because murder

may be a first crime. Not so parricide (see C. 7.3.1 n.); cf. below §6 Triarius.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> The implication, as often below, is that the wounding of the woman was a cover. In the next epigram the son says he would have killed his step-mother, not scratched her. So below §4 Albucius.

 $\langle patris \rangle^1$  praecordia gladium: sic ego novercam volnerassem. Frater, quaero, an videris procuratorem novissima nocte; nihil de prioribus quaero.

3 VIBI GALLI. Ego taceam de adulterio quod persequitur etiam populus? ego taceam de parricidio quod persequitur etiam puer? Testor vos, iudices, salvom patrem reliqui. O magnam in contrarium saeculi nostri perversitatem! inventus est qui patrem posset occidere, novercam non posset. Etiamsi quis occidere patrem non potest, novercam potest.

SEPULLI BASSI. Dum perfodio parietem, aliquis sentiet. Cuius vis levissimum esse somnum? pueri 313M an senis an mediae aetatis? Pueri? frater sentiet. Senis? pater. Mediae aetatis? noverca. Quaererem quam sordida domo natus esset, si ullam habuisset: nunc inquisitionem nostram humilitate effugit. Non miror si nescis quam difficile sit patrem occidere, cum incertum habeas patrem.

4 ALBUCI SILI. Quaero a te, mulier, an filio tuo credendum putes? Liceat mihi nutrire puerum: nec cum matre illi nec cum tutore conveniet. Tres in cubiculo sunt: patrem occidis, puerum contemnis,

## CONTROVERSIAE 7. 5.2-4

the sword plunged in my father's heart; that is how I would have wounded my step-mother.—I ask you, brother, did you see the agent on the last night?—I don't enquire about previous ones.

VIBIUS GALLUS. Am I to remain silent about an 3 adultery that even the people denounces? About a parricide that even a child denounces?—I call you to witness, judges, I left my father safe and sound.— What a topsy-turvy situation, and one that runs counter to the tendencies of the age!—someone has been found capable of killing a father but sparing a step-mother.—Even someone who can't kill a father can kill a step-mother.

SEPULLIUS BASSUS. While I am digging through the wall, someone will hear me. Whom do you want to be the lightest sleeper? A child, an old person or someone of middle age? A child?—then my brother will hear. An old person?—my father. Someone of middle age?—my step-mother.—I would ask what a low family he came from—if he had one: as it is he escapes our enquiry thanks to the meanness of his birth.—I'm not surprised if you don't know how difficult it is to kill a father, seeing there is so much doubt about yours.

ALBUCIUS ŠILUS. I ask you, woman, whether you 4 think your son should be believed.—Let *me* look after the child—he will not get on with either his mother or his guardian.<sup>1</sup>—There are three people in the room;

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Gertz.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> On the death of the father, the child would come under the control, not of his mother, but of a *tutor*: the declaimer assumes it would be the agent (cf. §15 Hermagoras). For methods of choosing *tutores* see B. Nicholas, An Introduction to Roman Law (Oxford, 1962), 90-1.

adulteram non times. Singuli se servi liberique offerebant puero;  $\langle ego \rangle^1$  stabam ante omnis, percussor latebat post adulteram. Quid ante peccavi? cuius uxorem corrupi? Quod si fecissem, hominem occidere possem, patrem non possem. Bonos habeo testes. Timeo huic<sup>2</sup> in aliena potestate. Aspice corpus patris: quam gravis plaga, quam alte adactus est gladius! Sic ego novercam percussissem.

CESTI PII. Adulterum te esse non unum testem dabo, non corruptum, dabo multos, dabo etiam pueros. Patrem tam graviter percussi quam debui novercam, novercam  $\langle ne \rangle^3$  sic quidem quemadmodum patrem ?

5 IULI BASSI. Tibi fuit necessarium lumen ne eam occideres propter quam occidebas; mihi supervacuum erat, ne instrumento parricidi detegerem parricidium. Si rerum natura pateretur, obliviscendum erat mihi patris dum occiderem. Maiore licentia quae non 314M videmus agimus, et, quamvis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est. Si patrem occidi, totus mihi lectus purgandus est; cui parcam parricida non habeo. Non possum gloriari ultione patris; frater illam meus occupavit.

<sup>3</sup> Supplied by the editio Hervageniana (1557).

# CONTROVERSIAE 7. 5.4-5

you kill the father, you ignore the child, you have no fear of your lover.—Slaves and freemen offered themselves one at a time to the child for identification; I stood in front of all,<sup>1</sup> the assassin hid behind his lover. —What have I done wrong before this? Whose wife have I seduced? If I *had* done so, I should be able to kill a man—but not my father.—My witnesses are good.<sup>2</sup>—I fear for this child, who is in the power of another.<sup>3</sup>—Look at my father's body: how grievous the wound is, how deep the sword was plunged in! That is how I should have struck my step-mother.

CESTIUS PIUS. I will not provide a single or a corrupt witness to your adultery—I will provide many, including even children.—Did I strike my father, as heavily as I should have struck my stepmother? Did I fail to strike my step-mother even as heavily as my father?

JULIUS BASSUS. You needed a light to avoid killing 5 the woman responsible for your killing; it was superfluous for me—in case the means to the parricide should lay it bare.<sup>4</sup> If nature allowed it, I had to forget my father while I killed. We are freer to do what we cannot see. The atrocity of the deed may be no less; but it arouses less fear in the doer.—If I killed my father, I have to clean up the whole bed; <sup>5</sup> if I am a parricide, I can spare no-one.—I cannot boast of avenging my father; my brother has got in first with that.

The agent's, as tutor.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Gertz.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> huic Bornecque : hunc.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Demonstrating my confidence and innocence.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Point unclear: the people may be meant (cf. §1).

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> i.e. in case the light, in showing my father's face, made me shrink from his murder.

 $<sup>^{\</sup>rm 5}$  By killing the step-mother, who would be a witness against him.

BLANDI. Quam difficile est filio patrem vulnerare et quam facile privigno novercam occidere!

6 VARI GEMINI. "Patrem" inquit" occidisti." Testor vos, iudices, nihil leviter hae manus faciunt. Utrum nolui te occidere, (an) non habui potestatem? Atqui vulnerata est: leviter vulnerata es;<sup>1</sup> quam diligenter servata es! Tu testimonium dic et ostende istud non vulnus, sed argumentum. Ostende vulnus: percussor ille quam timuit ne occideret!

PORCI LATRONIS. Quare lumen adfero? Fortius parricidium faciam si non videro patrem. Occidere aliquis patrem ante [quam]<sup>2</sup> novercam potest, novercam ne post patrem quidem potest?

TRIARI. Quis parricidio puras manus servat, et inde incipit quo pervenire difficile est?

7 DIVISIO. Has controversias, quae et accusationem (habent et defensionem),<sup>3</sup> non eodem ordine omnes declamaverunt. Quidam fuerunt qui ante defenderent quam accusarent, ex quibus Latro fuit. Fuscus Arellius: debet, inquit, reus in epilogo desinere. Optime autem epilogum defensioni con- 315M texit; et homines magis defendenti quam accusanti favent. Ultima sit pars quae iudicem faventem possit dimittere.

Quidam permiscuerunt accusationem ac defen-

<sup>1</sup> The passage, severely dislocated in the manuscripts, is printed as restored by Kiessling.

### CONTROVERSIAE 7. 5.5-7

BLANDUS. How difficult it is for a son to wound a father! How easy for a step-son to kill a step-mother!

VARIUS GEMINUS. "You killed your father." I 6 swear to you, judges, these hands do nothing lightly.<sup>1</sup> —Was it that I didn't want to kill you, or that I couldn't do it?—"But she was wounded." You were lightly wounded. How carefully you were preserved! Give evidence, show us that wound—or rather that piece of proof. Show us the wound: how frightened the assassin was in case he killed!

PORCIUS LATRO. Why am I carrying a light? I shall do my parricide more boldly if I don't see my father.—Can someone be capable of killing his father before his step-mother—but not his step-mother, even after his father?

TRIARIUS. Who keeps his hands unstained until he commits parricide ?—and begins at a point so difficult to reach?

### Division

These controversiae combining accusation and 7 defence were not declaimed by everyone in the same order. There were those who defended before accusing, among them Latro. Arellius Fuscus said: "In the peroration the accused should be over and done with." He is right to make the peroration follow on the defence—men feel more favour to defence than to accusation. The last part should be one that can leave the judges in a favourable mood.

Some mixed accusation and defence, comparing the

<sup>1</sup> They would not, then, have merely scratched the stepmother.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Deleted by Müller.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Supplied by Gertz.

sionem, ut comparationem duorum reorum inirent, et crimen simul reppulissent statim transferrent; ex quibus fuit Cestius. Hoc non semper expedit. Utique ei qui inbecilliorem partem habet non est utile comminus congredi; facilius latent quae non comparantur.

8 In hac controversia non sunt duo sed<sup>1</sup> tres rei; noverca enim procuratori coniungitur. Itaque a fili parte utique aiebat prius accusandum, quia unum deberet crimen defendere, duo obicere, et adulteri et caedis.

Si qua sunt ex utraque parte difficilia, non colorem sed argumentationem desiderant; itaque, ne modum excedam, praeteribo.

Circa vulnus novercae quidam bellas res dixerunt, quidam ineptas, immo multi ineptas. Prius illa quae belle dicta sunt referam.

9 Fuscus ait: destricta levi vulnere est cutis; non credas factum manu privigni, credas amatoris.

Passienus ait: sic leviter te vulneravit dextera illa cui nec paries obstitit nec pater?

Varius Geminus dixit: da ferrum testi meo: fortius feriet.

Cestius dixit, cum descripsisset quam leve vulnus esset: nocueras, inquit, mihi si amicae tuae nocere potuisses.

<sup>1</sup> non-sed Müller: et duo AB: duo et V.

two defendants and "transferring" a charge as soon as they had repelled it.<sup>1</sup> Among these was Cestius. This is not always a good idea. Particularly for the one who has the weaker case, it is inexpedient to come to close grips; details that are not matched together are more easily hidden.

In this *controversia* there are not two but three 8 accused; for along with the agent goes the stepmother. And this was why he <sup>2</sup> said that at least on the side of the son one should place accusation first, because he had one charge to refute, two to bring for adultery and murder.

Any awkward points on either side require not a *colour* but argumentation; so to keep my account short, I shall pass over the *colours*.

On the step-mother's wound there were some nice remarks, some foolish—or rather, many foolish. First for the pretty ones:

Fuscus said: "Her skin was scratched by a light 9 wound; you would suppose it the work of a lover's hand, not a step-son's."

Passienus said: "Did the hand that neither wall nor father could withstand wound you so slightly?"

Varius Geminus said: "Give my witness<sup>3</sup> a sword —he will strike more boldly."

Cestius, after describing the superficial nature of the wound, said: "You would have harmed me <sup>4</sup>—if you could have brought yourself to harm your lover."

his own client on each point, he would turn it against the other accused.

<sup>2</sup> Hardly Arellius or Cestius. A name seems to be missing.
<sup>3</sup> The five-year-old.

<sup>4</sup> i.e. harmed my case: the slightness of the wound is suspicious.

 $<sup>^1</sup>$  Cf. Quintilian 7.2.22. Seneca means that a speaker would divide the comparison up into several points. After defending

Brutus Bruttedius cotidiano verbo significanter 316M usus est: rivalem, inquit, occidit, amicam sauciavit.

Hispo Romanius eiusdem generis rem dixit: ostende, noverca, ostende istud quod amator tuus vellicavit.

Bassus Sepullius dixit: maritum occidit, adulteram strinxit.

10 Ex illis qui res ineptas dixerant primus ibi ante omnis Musa voster, qui cum vulnus novercae descripsisset adiecit: at, hercules, pater meus tamquam paries perfossus est.

Murredius: patrocinium putat esse causae suae quod sanguinem misit.

Nepos Licinius ait: non est istud vulnus, sed ludentis adulteri morsus.

Saenianus ex illa stultorum nota sententiam protulit: non vulneravit, inquit, novercam sed viri sui sanguine aspersit; cum illa vulnerata ponatur.

11 Vinicius, exactissimi vir ingeni, qui nec dicere res ineptas nec ferre poterat, solebat hanc sententiam Saeniani deridere et similem illi referre in oratione dictam Montani Votieni. Saenianus in hac eadem controversia dixerat: nihil puero est teste certius, utique quinquenni; nam et ad eos pervenit annos ut Bruttedius Brutus used an everyday word with emphasis: "He killed his rival,<sup>1</sup> and wounded his mistress."

Romanius Hispo said something of the same kind:<sup>2</sup>

"Show us, step-mother, show us where your lover pinched you."

Sepullius Bassus said: "He killed the husband, grazed the mistress."

Of those who said foolish things, "first before all "<sup>3</sup> 10 was your friend Musa, who, after describing the stepmother's wound, added: "But, by heaven, my *father* was pierced just like the wall."

Murredius: "He thinks it a support for his case that he let blood."<sup>4</sup>

Licinius Nepos said: "That is no wound—it is the bite of a playful lover."

Saenianus produced an epigram with that hallmark of stupidity: "He didn't wound the step-mother he splashed her with the blood of her husband" though in fact in the theme she is said to have been wounded.

Vinicius, a man of extreme precision of mind, who 11 could neither speak nor tolerate foolish things, used to make fun of another epigram of Saenianus', and to compare it with one spoken in a speech of Votienus Montanus. Saenianus had said in this same *controversia*: "Nothing is more reliable than a child as witness, especially a five-year-old: he has reached

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> rivalis must be the "everyday word," as amica appears above without comment. Seneca uses the word himself in C. 2.6.12. For its restriction to rivalry in love, see Antibarbarus s.v. rivalitas. Also O. Rebling, Versuch einer Charakteristik der römischen Umgangssprache (Kiel, 1883), 44-5.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Unless this epigram is out of place, Seneca must be commenting on the "everyday word" *vellico*.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> A jocular quotation from Virg. Aen. 2.40.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> mittere sanguinem is the phrase for letting blood medically (so Celsus 2.10.1).

intellegat, et nondum ad eos quibus fingat. Haec finitio, inquit, ridicula est: "nihil est puero teste certius, utique quinquenni"; puta nec si quadrimus puer testis est nec si sex annorum. Illud venustissime adiciebat: putes, inquit, aliquid agi: omnia in hac sententia circumspecti hominis sunt, finitio, exceptio; nihil est autem amabilius quam diligens stultitia.

12 Montani Votieni sententiam huic aiebat esse 317M similem et deridebat hanc: insomne et experrectum est animal canis, utique catenarius, paratus. Erat autem non aequos ipsi Montano. Accusaverat illum apud Caesarem, a colonia Narbonensi rogatus. At Montanus adeo toto animo scholasticus erat ut eodem die quo accusatus est a Vinicio diceret: "delectavit<sup>1</sup> me Vinici actio"; et sententias eius referebat. Eleganter illi dixit Surdinus: rogo: numquid putas illum alteram partem declamasse?

Gravis scholasticos morbus invasit: exempla cum didicerunt, volunt illa ad aliquod controversiae 13 thema redigere. Hoc quomodo aliquando faciendum est, cum res patitur, ita ineptissimum est luctari cum materia et longe arcessere, sic quomodo fecit in hac controversia Musa, qui, cum diceret pro filio locum de indulgentia liberorum in patres, venit ad

<sup>1</sup> diceret: delectavit *Madvig*: dicectauit.

### CONTROVERSIAE 7. 5.11-13

the age where he can understand, but not yet the age where he can invent."<sup>1</sup> "This definition," said Vinicius, "is absurd: 'Nothing is more reliable than a child as witness, especially a five-year-old '! Not if the witness is a child of four or six?" He added, very nicely: "You might suppose something was at stake. Everything in this epigram betokens the circumspect man—the definition, the limitation: but nothing is more attractive than scrupulous stupidity."

The epigram of Votienus Montanus which he said 12 was similar to this he also derided: "The dog is an unsleeping and wakeful animal, particularly one on a chain, at the ready." But he wasn't altogether fair to Montanus as a man. He had accused him before the emperor, appearing for the colony of Narbo.<sup>2</sup> But Montanus was so utterly a schoolman that the same day he was accused by Vinicius he said: "I enjoyed Vinicius' speech," and retailed some epigrams from it. Surdinus said wittily to him: "I say, do you really think he was simply declaiming the other side?"

A serious disease has seized on the schoolmen. Having learnt up instances, they want to force them into some *controversia* theme. This is permissible 13 sometimes when the subject allows of it; but it is very silly to struggle against one's material and go to great lengths for one's examples, as did Musa in this *controversia*. Speaking for the son the commonplace on the

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. Quintilian 5.7.36: "Oratory has much to do in the case of evidence from children: one side will say that they have no powers of invention, the other that they have no judgement."

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Montanus' home town.

filium Croesi et ait: mutus in periculo patris naturalia vocis inpedimenta perrupit, qui plus quam quinquennio tacuerat. Quia quinquennis puer ponitur, putavit ubicumque nominatum esset quinquennium sententiam fieri, quia Latroni bene cesserat, qui, cum elusisset vulnus exiguum, dixit: aspicite istam vix apparentem cicatricem; rogo vos: non putetis puerulum fecisse et ne puerulum quidem quinquennem?

14 Gallus Vibius inprobam dixit sententiam cum caedem describeret: occidit, inquit, maritum, novercam laesit, puero pepercit: etiamnunc putabat suum. Valde enim puero Cestius aiebat parcendum; 318M itaque dixit, cum laudaret eius testimonium: procuratore  $\langle me \rangle^1$  natus es. Hermagoras hunc sensum decentius posuit:  $\kappa \alpha \tau \dot{\alpha} \tau \dot{\sigma} \nu \, \dot{\alpha} \delta \epsilon \lambda \phi \dot{\sigma} \nu \, \ddot{\eta} \, \mu \dot{\eta};$ 

Blandi sententia laudabatur, cum descripsisset a puero demonstratum procuratorem: digitum multa significantem!

15 Euctemon dixit: μητρυιά, χρηστον εδρον μάρτυρα. ὦ παιδίον εὐσεβές· ὦ παιδίον †ἄξιον τῆς σῆς†<sup>2</sup> μητρός, ὅλον δὲ πατρός.

Murredius mimico genere fatuam sententiam dixit,

<sup>1</sup> procuratore me *Madvig*: procuratore(m).

 $^2$  So the editors; the MŠS have 350 HC H or similar. I have translated what seems to be the sense.

<sup>1</sup> The story is told by Val. Max. 5.4 ext. 6, precisely under the heading of "Affection towards parents."

<sup>2</sup> As he would be once the guardianship began (see on §4):

affection of children for their fathers, he arrived at Croesus' son, and said: "Though he had been dumb for more than five years, when peril threatened his father he broke through the natural impediments to his voice."<sup>1</sup> Just because the boy is five in the theme, he imagined that whenever five years were mentioned it counted as an epigram—for Latro had been successful in saying, after mocking the tiny wound: "Look at this scar—one can scarcely see it. I ask you: wouldn't you imagine a child had done it and not even a five-year-old?"

Vibius Gallus produced an outrageous epigram 14 when describing the murder: "He killed the father, he wounded the step-mother, he spared the boy: he already thought of the boy as his own."<sup>2</sup> Cestius, indeed, said the boy should be spared at all costs; this is why, when praising his evidence, he said: "You were born while I was agent."<sup>3</sup> Hermagoras put this idea more appropriately: "According to his brother or not?"<sup>4</sup>

Blandus' epigram was praised; when he had described the child pointing out the agent, he said: "What an informative finger!"

Euctemon said: "Step-mother, I have found an 15 excellent witness. Good little child!—child with no share in your mother—wholly your father's."

Murredius employed a ridiculous epigram of the

the further hint—that the agent was the natural father—is what Seneca, and Cestius, disapproved.

<sup>3</sup> The implication is that the child was born before the agent arrived (cf. §1 for the son having been agent), and so was not his son.

<sup>4</sup> The context is unclear. But the "idea" expressed by Hermagoras is probably Vibius Gallus', not Cestius'.

cum dixisset novercam disputare contra filii sui testimonium: facit, inquit, quod solet: pro amatore sanguini suo non parcit.

Nicocrates Lacon aridus et exucus declamator dixit: τοῦ μὲν ἰδίου μάρτυρος ἐφείσατο, τοῦ δ' ἐμοῦ κατεφρόνησεν.

Hermagoras, cum miserabilem dixisset pueri condicionem esse, qui infestae novercae et procuratori redderetur, dixit iam procuratorem clamare: où  $\kappa$  $\check{e}\sigma\tau w$   $\check{\eta}\mu\dot{\epsilon}\tau\epsilon\rho os$ .

### VI

#### Demens qui Servo Filiam Iunxit

Tyrannus permisit servis dominis interemptis dominas suas rapere. Profugerunt principes civitatis; inter eos qui filium et filiam habebat profectus est peregre. Cum omnes servi dominas suas vitiassent, servos eius virginem servavit. Occiso tyranno reversi sunt principes; in crucem servos sustulerunt; ille manu misit et filiam conlocavit. Accusatur a filio dementiae.

### 1 ARGENTARI. Haberemus solacium si has nuptias tyrannus fecisset, non pater. Habe hunc illi honorem:

### CONTROVERSIAE 7. 5.15-6.1

mime variety,<sup>1</sup> after saying that the step-mother was arguing against her own son's testimony: "She is acting as she usually does; on her lover's behalf, she does not spare her blood."

Nicocrates the Spartan, a dry and sapless declaimer, said: "He spared his own witness, and despised mine."<sup>2</sup>

Hermagoras, having said how wretched the child's plight was—for he was to be handed over to a hostile step-mother and the agent—said that the agent was already shouting: "He is not ours."

6

# The Madman who Married his Daughter to a Slave

A tyrant gave permission to slaves to kill their masters and rape their mistresses.<sup>3</sup> The chief men of the state fled; among them one who had a son and a daughter set off abroad. Though all the other slaves raped their mistresses, this man's slave kept the girl inviolate. When the tyrant had been killed, the chief men returned, and crucified their slaves. But this man manumitted his slave, and gave him his daughter in marriage. His son accuses him of insanity.<sup>4</sup>

#### For the son

ARGENTARIUS. We should have some consolation 1 if it had been the tyrant who brought about this

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> i.e. Publilian (see C. 7.3.8 seq.). There is a double meaning of sanguis—" blood" (with allusion to the wound) and " blood-relation."

 $<sup>^2</sup>$  Wife and child respectively: cf. §4 ''There are three people . . .''

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Compare the licence allowed to slaves at Volsinium according to Val. Max. 9.1 ext. 2.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> See C. 2.3 n.

fac dotalem, sine dominam custodiat. Sanum putatis esse qui maluit tyrannum imitari quam servum? Pater noster honestis parentibus natus—qui enim aliter condicionem matris nostrae habere potuisset, si tantum ingenuus fuisset?

- 2 CESTI PII. Soror, opto tibi perpetuam sterilitatem. Cum dicerem: "manu mittamus servum," aiebat: "expectemus sororis nuptias." Ergo tibi, soror, ut honestos habeas liberos adulterandum est? Fecit se similem tyranno, filiam raptis, libertum cruciariis. Plus servo dominus permisit quam tyrannus. Qui facit has nuptias aut insanus est aut tyrannus. Quis hoc potest credere, optandum filiae fuisse ne finiretur tyrannis, ne rediret pater? Si interrogavero patrem quod gravissimum in tyrannide fuerit scelus, si sanus est respondebit: quod dominae servis conlocatae sunt.
- 3 FULVI SPARSI. Eligitur maritus quem sanus pater dotalem dedisset. Gener tuus ipsis nuptiis crucem meruit. Egregium generum, in quo nihil est gloriosius quam quod inter cruciarios non est! Gravissima ipsi quoque servo facta est iniuria: dominam suam illi non licuit servare virginem.

# CONTROVERSIAE 7. 6.1-3

marriage, not my father.—Let him have the honour of being made a dowry slave,<sup>1</sup> let him be guard to his mistress.<sup>2</sup>—Do you regard as sane a man who preferred acting like a tyrant to acting like a slave?<sup>3</sup>— Our father, born of honourable parents—for how otherwise could he have won the hand of our mother, if he had merely been free-born?

CESTIUS PIUS. Sister, I pray you will be perpetually 2 barren.—When I said: "Let us free the slave," he <sup>4</sup> said: "Let us wait for your sister's marriage." <sup>5</sup>— Must you then, sister, commit adultery if you want to have respectable children?—He has made himself like the tyrant, his daughter like the women who were raped, his freedman like the slaves who were crucified.—The master has allowed his slave more licence than the tyrant did.—A man who makes such a match is either madman or tyrant.—Who can believe that a daughter should have had to pray that the tyranny should not end, that her father should not return from exile?—If I ask my father what the worst outrage during the tyranny was, he will reply, if he is sane: "The marrying off of mistresses to their slaves."

FULVIUS SPARSUS. The chosen husband is one 3 whom a sane father would have given her as a dowry slave.—Your son-in-law has deserved crucifixion just because of his marriage.—An excellent son-in-law, whose main claim to fame is that he is not one of the crucified.—The slave himself has been seriously wronged: he has not been *allowed* to preserve his mistress' virginity.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> For the special circumstances of slaves given as part of a woman's dowry, see W. W. Buckland, *The Roman Law of Slavery* (Cambridge, 1908), 262 seq.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> But not marry her.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> i.e. making his daughter marry a slave rather than (as the slave had) maintaining her honour.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> The father.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> For the freeing of slaves on wedding-days, cf. §3 Blandus, §15 Cestius.

BLANDI. Fecit etiam servo iniuriam, cui detraxit abstinentiae gloriam. Nuptiis suis manu missus est. 320M O matrimonium omni adulterio turpius!

- 4 IULI BASSI. Liberata re publica quod me tristem vidistis, nolite mirari: nobis etiamnunc vivit tyrannus. Virginitatem, quam sub tyranno servaverat, perdidit sub patre. Dic, furcifer: cui sororem meam virginem servasti? Dic, si placet: "mihi." Non vitiavit, inquit, cum liceret illi. Itane iste nuptiis dignus est quia indignus est cruce? (Vel servus)<sup>1</sup> ex cella sua in dominae migrabit cubiculum, vel domina ex cubiculo suo migrabit in cellam.
- 5 CORNELI HISPANI. Melioris condicionis sunt vitiatae quam virgo: illis tamen mutare nuptias contigit. Quare, tyrannicida, praemium accepisti? etiamnunc aliqua ex edicto tyranni nupta est. Qui edictum tyranni fugerat redit cum edicto. Dementia hoc patris factum est, ut tyrannum accusare non posset. Quid? ille, inquit, filiam meam virginem alteri servavit? Nunc maritus est qui sub tyranno quoque nihil amplius potuit quam raptor esse. Is qui dotalis destinatus erat custos relictus est. Propositum est edictum quod ne ferremus fugimus. Nihil per totum publicae servitutis spatium indignius visum est, nihil dis hominibusque minus ferendum. Itaque tyrannus
  - <sup>1</sup> Supplied by C. F. W. Müller.

BLANDUS. He has done his slave too a wrong—by taking away his boast of continence.—He has been manumitted at his own marriage.—What a marriage! —more shameful than any adultery.

JULIUS BASSUS. Don't be surprised if you saw me 4 looking sad when the state was freed; even now we have a tyrant alive.—She has lost under her father the virginity she had preserved under the tyrant.—Tell me, jail-bird: whom did you keep my sister virgin for? Say, if you will: "Myself."—"He did not violate her when he could have done." Does he deserve the match just because he doesn't deserve the cross?—The slave will leave his cell for his mistress' bedroom—or the mistress her bedroom for his cell.

CORNELIUS HISPANUS. The women who were raped 5 are in a better plight than the ones who remained virgin: they at least have had the chance to change their partners.-Why did the tyrannicide get his reward? Even now a woman has been married according to the tyrant's edict.—A man who had fled the tyrant's edict returns-with the edict.-My father's madness means that he could not accuse the tyrant.<sup>1</sup>—"What?" he says, "did he preserve my daughter's virginity for another to enjoy? "-Now he is a husband—one who even under the tyrant could be no more than a ravisher. The man who had been marked out as part of her dowry has been left as her guardian.-An edict was promulgated-we fled so as not to have to endure it. Nothing during the whole period of the people's slavery was thought more wicked, more intolerable to gods and men. And so it was after this that the tyrant got killed.-The girl

<sup>1</sup> Having acted in the same way.

post hoc occisus est. Desponsa est puella; omnia ex edicto tyranni facta sunt.

- 6 ALBUCI SILI. Egregius gener, cuius haec una gloria est, quod comparatus cruciariis frugalior est. Melius servus custodit dominam quam pater filiam. 321M Propitius pater ita filiam suam collocavit quemadmodum iratus tyrannus alienas. Inimici tibi nepotes precantur. Cum sanus pater fuit, ne has videret nuptias fugit. Parum putatis magnum argumentum dementiae quod egit tyrannum in mortem, patres in exilium, servos in crucem? Quomodo qui sic fugis sic conlocas? Honestius exul es quam socer. Si voles invenire generi tui propinquos, ad crucem eundum est.
- 7 ARELLI FUSCI patris. Ex servo gener, [et]<sup>1</sup> ex domina uxor, ex domino socer factus est. Quis has nuptias non tyranni putet? Patrem tyranni criminibus accuso, tyrannum patris. Quid de tyranno querar? patri similis est. Quid de patre non querar? tyranno similis est. Miserrima soror, sub tyranno patrem desiderabas, sub patre tyrannum desideras. Id in filia tua coegisti quod tyrannus tantum permiserat. Nunc nobis, pater, si sanus es, exulandum est. Quid enim miserius accidere potest quam is status in libertate quem ceteri vix ferunt in servitute? Fugimus ne serviremus. Felicitatem nostram in calami-

# CONTROVERSIAE 7. 6.5-7

has been betrothed: everything has been done in accordance with the edict of the tyrant.

ALBUCIUS SILUS. What a fine son-in-law: his only 6 boast is that he is more respectable-when compared with crucified slaves.-The slave looked after his mistress better than the father his daughter.—The kind father has married off his own daughter the way the angry tyrant married off other people's.-Your enemies pray for you to have grandchildren.-When my father was sane, he went into exile so as not to have to put up with the sight of this marriage.-Do you regard as an insufficient proof of madness something that has brought a tyrant to death, fathers to exile, slaves to the cross ?-If you go into exile like that, how can you marry off your daughter like this? -It is more honourable for you to be an exile than a father-in-law.-If you want to discover your son-inlaw's relatives, you must go to the cross.

ARELLIUS FUSCUS SENIOR. The slave has become 7 the son-in-law; his mistress has become his wife; his master has become his father-in-law. Who would not suppose this a marriage arranged by the tyrant? —I accuse my father for the tyrant's crimes, the tyrant for my father's crimes. How complain of the tyrant? He is like my father. How not complain <sup>1</sup> of my father? He is like the tyrant. Wretched sister, under the tyrant you missed your father, under your father you miss the tyrant.—You have forced on your daughter something the tyrant merely permitted.—Now, father, if you are sane we must go into exile: for what could be more wretched than a state of affairs in a free community that the rest scarcely tolerate in slavery?—We fled so as not to be slaves.—

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Deleted by C. F. W. Müller.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Or perhaps: "What complaint can I make . . . What complaint can I not make."

tatem convertit; aliquanto enim fuit satius cum ceteris contumeliam ferre quam liberatis omnibus solos in tyrannidem reici. Servo libertatem dedit, filiae servitutem. Servo filiam dedit, innocentiam abstulit. Nescio quid sibi velit quod servi meritum laudat; tyrannum enim laudare debebat. Servus 322M noster  $\langle non est \rangle^1$  stultus: tergus  $\langle et \rangle$  caput suum deliciis praesentibus praetulit. Si dixerit se extimuisse tantum nefas, laudabo et hanc illi etiamnunc 8 optabo mentem. Ceterae honestos invenerunt sibi viros; haec talem habet quales illae in tyrannide habuerunt. Soror mea ancillulae paelex est, et, ut domina nuberet, conserva de cellula est eiecta. Nullum in tyranno maius scelus fuit quam quod tibi libuit imitari. O te, soror, miseram, quod ista non sub tyranno passa es!iam enim pati desisses. Hoc tu putas praemium esse: quia dominam non violavit, violet quantum volet. Iste vero, ut dices, iniuriam tibi fecit quia adfinitatem tuam moratus est. Si non cessasset, iam fortasse ex illo nepotes haberemus. Habeamus generum, si possumus, parem (vel)<sup>2</sup> similem; si minus, non erubescendum, cui cognatus

### CONTROVERSIAE 7. 6.7-8

He has converted our good fortune into disaster. For it was rather better to endure outrage with everyone else for company than for us alone to be plunged back into tyranny when all have been freed.-He has given his slave freedom, his daughter slavery. He has given his daughter to a slave, and taken his innocence away from him.-I don't know what he means by praising the merits of his slave; he ought to have been praising the tyrant.<sup>1</sup>—Our slave is no fool; he preferred his hide and his head to the pleasures of the moment. If he says he was afraid to do such a wicked deed, I will praise him, and pray that he shows such an attitude even now.—All the other 8 women have found themselves respectable husbands; this one has a husband like those they had under the tyranny.-My sister is rival of a slave-girl, and, so that the mistress could marry, a fellow-slave had to be ejected from his cell.—The tyrant did nothing worse than what you were pleased to imitate.-How unlucky you are, sister, not to have suffered this fate under the tyrant-for then you would have ceased to suffer it by now.-You regard this as his reward: because he did not rape his mistress, let him rape her as much as he likes.—But he, you will say, did you an injury by delaying his marriage-connection with you.<sup>2</sup> If he had not held back, by now, perhaps, we should have grandchildren by him.-Let us have, if possible, a son-in-law who is equal or like us; if not, let us have one for whom we do not need to blush, one

<sup>1</sup> Having acted similarly.

<sup>2</sup> Sarcastic: the son represents his father as so enthusiastic about the match that he complains it was not arranged earlier, under the tyrant.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Müller.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Supplied by Müller.

sit aliquis, cui sacra aliqua et penetralia in quae deducatur uxor, quem adiungamus ad domum, non quem ex censu deleamus.

- PORCI LATRONIS. Qui omnia tuleramus, hoc fugimus. Vocat servum et, quia crucem non meruerat, mereri iubet. Itane, furcifer, tu potuisti dominam complecti? Putasti aut semper tyrannum 323M victurum aut semper afuturum<sup>1</sup> patrem? Felicissimae videbuntur quibus contigerat raptus tyrannicus. Ita sine dubio beneficium dedit, quod custodit dominam a stupro, se a cruce. Cum infelici face ad dotalem suum nova nupta deduceretur, si qua fides est, exhorrui, quasi repositum esset edictum. Cogitabam quem sorori virum eligerem. Simpliciter fatebor: fastidiebam iam eas condiciones quae ante profectionem fuerant; aiebam: illo tempore et aliae virgines erant. "Non vitiavit" inquit "sub tyrannide." O nos felices, si ne nunc quidem!
- 10 TRIARI. Age, hoc non est praemium, unum spectare omnium cruces? Certum habeo, si habuisset tyrannus filiam, non scripsisset edictum. Indicit festum diem, aperiri iubet maiorum imagines, cum maxime tegendae sunt.

VARI GEMINI. Eadem hora et libertum fecit et generum. Hoc fecisti quod tyrannus non cogit,

<sup>2</sup> Now there will be less competition.

with a relative or two, things he holds sacred, a household shrine to take his wife home to: one we can add to our household, not strike off the roll.

PORCIUS LATRO. We endured everything-but in 9 face of this we fled.-He summons the slave, and, because he had not hitherto deserved crucifixion, orders him to deserve it now.-Is this, jail-bird, the way you were able to embrace your mistress ?-Did you think the tyrant would live for ever, or the father be away for ever? 1-The women who got raped on the tyrant's orders will be thought most fortunate.-This, of course, was the service he performed: he saved his mistress from rape, and himself from the cross.—When, by the light of ill-omened torches, the new bride was led to marry her dowry slave, I shivered -if you will believe me-as though the edict had been renewed.—I was wondering whom to choose as my sister's husband. I will be frank: I was by now scorning the matches in prospect before our departure; I said to myself: "Then there were other virgins."<sup>2</sup>—" He didn't violate her under the tyranny." How happy we would be if he didn't now, either!

TRIARIUS. Well, doesn't this count as a reward— 10 to be the sole spectator of the crucifixion of all?—I am convinced that if the tyrant had had a daughter he wouldn't have written the edict.<sup>3</sup>—He announces the festive day, orders the busts of his ancestors to be put on view—just when they ought to be veiled.

VARIUS GEMINUS. The same moment made him both freedman and son-in-law.—You have done something that a tyrant does not enforce except

<sup>3</sup> Why then should a father put the edict into force again?

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> afuturum Otto: futurum.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Answer, No: the implication (as in the previous epigram) seems to be that the slave realised the tyranny would end (cf. Latro's *colour* in \$14), and only for this reason did not rape the girl.

nisi cum irascitur, servos ne tunc quidem facit cum cogitur. Generum habes: qualem? ut illi laudationem suam reddam, nempe frugi servum. Servis tuis paritura fratres  $\langle est \rangle$ .<sup>1</sup> Quantum ad expositionem rerum pertinet, sunt quidem acerba tyrannidis mala, tamen tristiora exponam quae post tyrannidem gesta sunt. Non dubitabam quin esset tyrannicidae nuptura. Si sub tyranno vitiata esset, solacium haberemus hoc: non tibi uni accidit. Nondum occisum tyrannum puto, etiamnunc tyrannicas nup- 324M tias video.

11 MARULLI. Nunc sciam an merito libertatem acceperis, si liber non merueris crucem. Hoc quod obicio qui in pluribus fecit occisus est.

P. VINICI. Nunc in domo nostra matrimonium est cuius me puderet etiamsi raptus esset. Quam miseros putatis, iudices, esse quibus duo quae miserrima sunt optanda fuerunt, tyrannus et raptor? Una genero tuo commendatio est, quod se aliquando ista puella putavit indignum.

VALLI SYRIACI. In ea condicione, iudices, sumus ut consolari debeamus sororem quod aut rapta non sit aut nupserit. Et tamen quid ille meruit, quamdiu per dominum licuit innocentissimus servus?

SEPULLI BASSI. Nuptias clausa domo fecimus.
 <sup>1</sup> Supplied by Müller.

when he is angry—and what a slave won't do even when he is forced.<sup>1</sup>—You have a son-in-law. What sort? A good slave, indeed—I must give him his due.—She will bear brothers for your slaves.—As to the narration of the facts, the evils of tyranny are bitter—but more terrible still are the actions following the tyranny: and it is of these I have to tell.—I had no doubt that she would marry the tyrannicide.— If she had been violated under the tyrant, we should have the consolation: "You aren't the only one this happened to."—I don't believe the tyrant is killed yet —I still see a marriage of the tyrant's type.

MARULLUS. Now I shall find out whether you 11 deserved your freedom—by seeing if you do not deserve crucifixion now you are free.—The man<sup>2</sup> who did what I am complaining of in the case of more than one girl has been killed.

PUBLIUS VINICIUS. Now we have in the family a marriage which I should be ashamed of even if it were a rape.—How wretched, judges, do you imagine people are who have had to pray for the two most wretched things—a tyrant and a ravisher?<sup>3</sup>—Your son-in-law has one thing in his favour: at one time he thought himself unworthy of this girl.

VALLIUS SYRIACUS. We are in such a plight, judges, that we have to console my sister either for not being raped or for getting married.—Yet what has he deserved, this slave who was altogether innocent, so long as his master allowed him to be?

SEPULLIUS BASSUS. We held the marriage behind 12

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Actually the law *permitted* rape (cf. Latro's emphasis in §13).

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> i.e. the tyrant.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> In preference to a father and a husband (cf. §7 "Wretched sister . . .").

In contubernium deducta servi domina est: ita iste dexteram sororis meae nisi dum manu mittitur non contigit.

Pollionis Asini. Inter nuptiales fescenninos in crucem generi nostri iocabantur. Miserrimum me diem egisse memini quo servire coepit res publica, miserrimum  $\langle me \rangle^1$  diem egisse memini quo in exilium fugimus: inter hos dies sororis nuptias numero. Miserrima soror, fortasse vernularum tuorum noverca es. Pater, volo ducere uxorem: dic quam mihi ex ancillis despondeas.

Contra. ALBUCI SILI. Servavit dominam. Si quis tyranno indicasset, solus in cruce pependisset.

Otho senior used this *colour* for the father: he said 20 that the general had been upset to have the ambassadors gazing at him nailed up, and in order to drive them from the scene and relieve his shame, had said something that would make them hurry off as soon as they heard it. And this was why he said not: "Let them beware treachery," but "Beware," implying that the ambassadors themselves were in danger of betrayal.

<sup>1</sup> Cf. the very similar theme in S. 1.

<sup>2</sup> Hom. *Il*. 9.97.

#### VIII

#### MUTANDA OPTIO RAPTORE CONVICTO

# Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet.

Rapta producta nuptias optavit. Qui dicebatur raptor negavit se rapuisse. Iudicio victus vult ducere; illa optionem repetit.

ALBUCI SILI. Praeterquam quod in omni discrimine periculosa libertas est, meruit puella ut taceremus: misericors in nos etiam antequam rogaremus fuit. Inhumana libertas est si vincimus (adversus uxorem, si vincimur)<sup>1</sup> adversus iudicem. Non oportet tibi amplius quam semel licere optare. Omnis nimia potentia saluberrime in brevitatem constringetur. Qui potest condemnare, possit semel; qui potest occidere, possit semel; aut, si qua iteratio recipi potest, in paenitentiam mortis recipienda est. Proponite vobis illam supplici invisam<sup>2</sup> faciem, carni-

<sup>1</sup> Supplied by the editor after Shackleton Bailey.

<sup>2</sup> invisam *Thomas*: causam.

- <sup>2</sup> The theme recurs in *Decl.* 309; parallels are noted below. <sup>3</sup> That is, he will not attack the girl (cf. the *sermo* to *Decl.*
- 309: "actio debebit huius adulescentis esse summissa").

#### CONTROVERSIAE 7. 8.1

8

#### The Change of Choice to be Made After the Conviction of a Ravisher

A girl who has been raped may choose either marriage to her ravisher without a dowry or his death.<sup>1</sup>

A girl who had been raped was brought to court and asked for marriage. The alleged ravisher said he was not responsible. The judgement has gone against him; he is ready to marry her—but she wants to have her choice over again.<sup>2</sup>

#### For the ravisher

Albucius Silus. Apart from the fact that at any 1 crisis freedom of speech has its dangers, the girl has deserved my silence;<sup>3</sup> she showed me pity even before I entreated her.—Freedom of speech is cruel when directed against a wife (as she will be if I win), dangerous when directed against a judge (as she will be if I lose).—You shouldn't have the right to choose more than once. All excessive power will be best restricted to a short time.<sup>4</sup> One who can condemn should have the power only once; one who can kill should have the power only once; or, if any repetition can be allowed, it should be allowed for the purpose of having second thoughts on the choice of death. Imagine the ghastly spectacle of execution, the

 $^4$  Cf. Decl. p. 217.24 seq. Ritter, and below, §7 '' Nothing is so in accord . . .''

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. C. 1.5 n.

ficem, securem: hoc semel licere nimium est. "Exorata sum, condo gladium; irata sum, repeto optionem." At non semel mori satius est? Occides iam non 340M vitiatorem sed virum.

- PORCI LATRONIS. Periculosius est negare raptum 2 quam commisisse? In hanc perturbationem adulescens perductus erat ut ignoraret quid fecisset. Non refugiebat tamen puellae nuptias; favebat tantum sibi, ut innocens duceret. Itaque nihil aliud petit quam libertatem ut honestius duceret. Ita apud vos, iudices, tutius est peccare quam erubescere? Dignior poena erat si id peccasset quod meminisse posset. Exsurge, adulescens, et sine ullo respectu pudoris ad pedes te puellae demitte; accedite et vos, amici propinquique, et tu mater ac pater. Quid est, puella? ecquid te horum lacrimae movent? Non, inquit; ad [illum]<sup>1</sup> magistratum veniat. Non dissimulo: metuo te, puella, si nusquam rogari vis nisi ubi occidere potes. Gravius punior nunc, cum me peccasse pudet, quam cum peccavi. Quae post iniuriam ignoscit, post misericordiam (irascitur).<sup>2</sup>
- 3 CESTI PII. Venit ad vos vestro beneficio retenturus puellae beneficium. *Optavit nuptias; neque adhuc*

#### CONTROVERSIAE 7. 8.1-3

executioner, the axe: that this should be allowed once is excessive.—" I am won over, I sheathe my sword; I am angry, I want my choice again." But is it not better to die once?<sup>1</sup>—You will be killing your husband this time, not your ravisher.

PORCIUS LATRO. Is it more perilous to deny a rape 2 than to have committed one ?- The youth had been thrown into such confusion that he didn't know what he had done. But he did not shrink from marriage to the girl; he was merely thinking of himself-ensuring that he married as an innocent man. So he asked nothing more than freedom to marry under more honourable circumstances.<sup>2</sup>— Is it then in your eyes, judges, safer to sin than to be ashamed ?-He would deserve punishment more if he had done some wrong that he could remember.-Get up, young man, and, with no thought of shame, throw yourself at the girl's feet. You too, friends and relations, approach, mother and father too. What is it, girl; are you not moved by their tears? "No," she says, " let him face the magistrate." I will be frank-I fear you, girl, if you refuse to receive entreaties except in a place where you have the power to kill.—I am more harshly punished now, when I am ashamed of having done wrong, than when I did wrong.-A woman who forgives after receiving an injury is getting angry after feeling pity.

CESTIUS PIUS. He comes before you to ask to be 3 allowed to keep, by your favour, the favour he received from the girl.—She chose marriage—without

<sup>1</sup> And have it over with.

 $^2$  Cf. Decl. p. 218.9 Ritter, and below, §4 "I was acting . . .," as well as elsewhere in our declamation.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Deleted by the editor.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Supplied by Bursian.

sciebat quam verecundum maritum esset habitura. Vitiatorem dimisisti; virum occides? Aiebat iudex: Quid habes quod tam pertinaciter neges? nuptias optat. Minus est ergo quod vitiavit quam quod negavit?

Q. HATERI. "Non sum" inquit "optatura mortem, sed volo mihi licere et mortem optare." Quam potestas ista delectat crudelis est.

BLANDI. Ergo nos iniuriam periculosius negavimus quam fecimus?

4 IUNI GALLIONIS. Quadam nocte—quid dicam? iam non negare non pudet: nox, vinum, error—quid irasceris, puella? iam negare non audeo. Non diligenter causa mea acta est: dum nihil timetis, facilius me puellae 341M credidistis. Confitendum est vitium nostrum: nos nuptiis moram fecimus. Sive adhuc non esset vitiata sive esset, visa digna matrimonio quae hominem non posset occidere. Tibi consulebam, ne dicereris vitiatori nupta. Si per te licuisset, honestiorem maritum habuisses. Tu negasti? o hominem inpudentem! ita tu non ante magistratus tribunal, in conspectu populi, in medio foro clamitasti: " ego virginem rapui"? Neminem habere tam obsequentem maritum potes: hic iam nihil negabit.

#### CONTROVERSIAE 7. 8.3-4

vet knowing how modest <sup>1</sup> a husband she was to have. -You let your ravisher go-will you kill your husband?-The judge said: "What reason have you to deny it so stubbornly? Her choice is marriage."<sup>2</sup> -Is it then less serious that he ravished her than that he denied it?

QUINTUS HATERIUS. "I don't propose to choose death," she says, " but I want to have the right to choose even death." A woman who takes pleasure in *that* privilege is cruel.

BLANDUS. Have I then run more danger in denying the deed than in doing it?

JUNIUS GALLIO. One night—what am I to say? 4 Now I am not ashamed to affirm it: night, wine, a mistake <sup>3</sup>—why are you angry, girl? Now I dare not deny it.<sup>4</sup>—My case was not carefully put. Fearing nothing, you <sup>5</sup> entrusted me to the girl too easily.-I must confess my fault: I have delayed the wedding. -Whether or not she had been raped up to now, she seemed to be worth marrying-this woman who could not bring herself to kill a man.—I was acting in your interests, in case you should be called the wife of a ravisher. If you had allowed it, you could have had a more respectable husband.-Did you deny it? Brazen fellow! Did you then not shout before the magistrate's tribunal, in view of the people, in midforum: "I raped the girl"?<sup>6</sup>—You can have no husband so obedient-this man will never deny anything now.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> In that he was unready to marry qua ravisher.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cf. Decl. p. 218.20 Ritter.-The result was the complacency complained of in §4 "My case . . ." Cf. §5 Vibius Gallus and especially §11 Argentarius.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Cf. Decl. p. 216.4 seq. Ritter; Ter. Adelph. 470; and below, §10.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Considering what had happened when he tried to deny it before.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> The judges, who found him guilty secure in the belief that she would spare him.

<sup>&</sup>lt;sup>6</sup> Sarcasm.

5 VARI GEMINI. Exponam vobis rerum ordinem sic tamquam ab eo didicerim qui quid fecerit nescit.

VIBI GALLI. Ubi estis qui dicebatis: "nihil interest tua, confitere"? Confitetur, quia honestius putasti raptori nubere. "Sit" inquit "mihi heres si quis intra decem menses natus fuerit." Numquid negat? Surge, adulescens, dic: "rapui, vitiavi"; incipe scire quod nescis. Miraris si tibi non credit? multum est de quo timet.

6 Pars altera. P. ASPRENATIS. Nescio utro iudicio adversarius fuerit inprobior. Priore id egit ne quam omnino poenam stupri penderet; hoc id agit ut ipse optet ex duobus a lege constitutis suppliciis utrum velit pendere; fatetur enim se inpune habere maluisse quam ducere uxorem, uxorem ducere malle quam mori. Antea legem vitiationis evertere conatus est, nunc transferre volt: advocatos rogat, iudices rogat, omnis potius quam vitiatam. Utinam non hoc illum liberaret metu, quod iudicis suae clementiam novit. Clamabat se innocentem esse: si quid peccasset, 342M

#### CONTROVERSIAE 7. 8.5-6

Varius Geminus. I will tell you of the course of 5 events, as if I learned it from one who doesn't know what it was he did.<sup>1</sup>

VIBIUS GALLUS. Where are those of you who said: "It makes no difference to you, confess"?—He confesses—because you thought it more respectable to marry a ravisher.—"Let any child born within ten <sup>2</sup> months be my heir." Is that a denial?<sup>3</sup>—Rise, young man, and say: "I raped her, I violated her." Begin to know what you do not know.<sup>4</sup>—Are you surprised he doesn't believe you? He has much to fear.<sup>5</sup>

#### The other side

PUBLIUS ASPRENAS. I don't know at which trial my 6 adversary has behaved more outrageously. At the first the aim of his plea was that he should pay no penalty at all for his rape. In this one, his aim is himself to choose which of the two penalties determined by the law he wants to pay; for he acknowledges that formerly he preferred going unpunished to marrying a wife, but that now he prefers marrying a wife to dying. Previously he tried to subvert the law of rape, now he wants to turn it to his own ends; he begs the counsel, he begs the judge, everyone rather than the girl who was raped.—If only he wasn't freed from fear by the knowledge of how merciful his judge<sup>6</sup> is!—He cried that he was innocent, that he did not refuse to die if he had done

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. Decl. p. 215.12 Ritter. The Latin does not seem to bear what would be the natural meaning: "as I learned..." <sup>2</sup> See n. on 7.4.1.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> The youth is now in favour of marriage; his declaration "Let any child..." might be a hint that he agrees he raped the girl.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> The youth's counsel suggests (ironically) that he confess, and "remember" what he is unaware of.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> This apparently takes us back to the period just after the rape and before the choice. The man does not believe the girl's version of the rape (which he "cannot remember").

mori non recusare. Aderat raptori populus, nec quicquam magis suspectam faciebat vitiatae causam quam lenitas optionis. Si iam tibi de stupro tuo liquet, est quaedam proxima innocentiae verecundia, praebere se legibus; tu vero [ne]<sup>1</sup> meruisti quidem mortem illa infitiatione. Ignorasti an peccasses? innocens esse voluisti? Causam habes. Revertere ad parentes, puella, quoniam quidem totiens iam rogas, quae rogari ipsa debueras.

7 Latro tres fecit quaestiones: an illa, interrogavit, optio iusta fuerit. Non fuit, inquit, iusta; non enim constabat te raptorem esse. Nihil refert, inquit, an negaverit. Erat enim raptor, etiamsi negabat, et ita iusta fuit optio. An, si iniusta optio fuit, revocari possit. Optio, inquit, semel puellae datur; immutabilis est simul emissa est. Iudex quam tulit de reo tabellam revocare non potest; quaesitor non mutabit pronuntiationem suam. Nihil tam civile, tam utile est, quam brevem potestatem esse quae magna est. Si volet et alteram optionem suam revocare et deinde tertiam, numquam constabit quid futurum sit, cum illa quod optaverit possit sequenti semper optione rescindere. Tertiam fecit quaestionem: an, si

<sup>1</sup> Deleted by Shackleton Bailey.

#### CONTROVERSIAE 7. 8.6-7

any wrong. The people was on the side of the ravisher, and nothing more prejudiced the case of the raped girl than the mildness of her choice.<sup>1</sup>—If you are now clear about the outrage you did, there is a kind of modesty, the next best thing to innocence, in offering oneself to the law; but *you* have actually deserved death by that denial of yours.—Did you not know whether you had sinned? Did you want to be innocent? You have good reason to.—Return to your parents, girl, since now you are having to beg such a lot,<sup>2</sup> though you yourself should have been the one to be begged.

Latro put three questions. He asked: Was the 7 choice legal? "No-for it was not yet established that you were the ravisher."<sup>3</sup> " It makes no difference whether he denied it. He was the ravisher, even if he denied it, and so the choice was legal." If the choice was illegal, can it be taken back? "The girl is given one choice; it is immutable as soon as it is uttered.<sup>4</sup> A judge cannot take back a vote he casts on an accused; an investigating magistrate will not change his sentence. Nothing is so in accord with civilised practice and expediency than that great power should be brief. If she wants to take her second choice back as well and then her third, it will never be agreed what is to happen, since she can always annul her choice by a subsequent choice." His third question was: If a choice can sometimes be

 $<sup>^{1}</sup>$  She would have been more severe if she really had been raped.

 $<sup>\</sup>frac{1}{2}$  i.e. from the court (instead of being begged by the ravisher to spare him).

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Cf. Decl. p. 217.5 Ritter. Latro proceeds to give the opposite case.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> *ibid*. p. 218.2.

potest revocari aliquando optio, nunc debeat. Hic defensio adulescentis, qui negavit se vitiasse.

Fuscus et ordinem mutavit quaestionum et 8 numerum auxit; fecit enim primam quaestionem: 343M an rapta non possit amplius optare quam semel. Potest, inquit; lex enim non adicit quotiens optet, sed ex quibus: " aut hoc " inquit " aut illud "; non adicit "ne amplius quam semel." Contra ait: lex te iubet alterutrum optare; tu hodie si mortem optabis, facies quod numquam factum est: utrumque optaveris. Étiamsi non licet, inquit, amplius quam semel [et mortem optabis et nuptias],1 ego nondum optavi; optio est enim quae legitime fit: illa non est facta legitime. Si praetor defuisset, numquid optionem vocares? [si rapta defuisset]<sup>2</sup> Raptor defuit: non est ista optio; sermo est. An proximo iudicio confirmata sit optio. Raptor ait: agebatur apud iudices utrum deberet rata esse optio (an) 3 non; iudicata est rata esse debere: rata sit. Non, inquit puella; quaesitum est enim an ego in raptorem ius haberem; iudicatum est habere me: uti debeo. Non possum ante legem habere quam raptorem. Novissimam quaestionem fecit aequitatis: an rata debeat esse optio.

9 Passienus hanc ultimam partem sic dividebat: an, si adulescens malo adversus puellam animo infitiatus est raptum, ut nuptias effugeret, dignus sit qui iterum fortunam subeat optionis recusatae. Deinde: an malo animo fecerit.

<sup>1</sup> Deleted by Bursian.

taken back, should it be now? Here came a defence of the young man, who denied that he had violated the girl.

Fuscus changed the order of questions and in-8 creased their number. His first was: Can a ravished girl choose more than once? "She can; the law does not add how often she is to choose, but merely says what she is to choose from. It says ' either this or that '---it doesn't go on to say: ' not more than once.'" The opposite view is: "The law orders you to choose one or the other; if you choose death today, you will do something unprecedented-you will have chosen both." "Even if it is not permissible to choose more than once, I haven't vet chosen; a choice is a choice when it is made legally-this choice was not. If the praetor had been absent, would you call it a choice? In fact, there was no ravisher. That is no choice-it is mere words." Was the choice ratified by the previous trial? The ravisher says: "The judges had to say whether the choice was to stand or not. It was decided that it should—let it so stand."1 "No," says the girl, "for what was at stake was whether I had a right over the ravisher. It was judged that I have. I must use it. I cannot appeal

to the law before I have a ravisher." Fuscus' last question was one of equity: Should the choice stand? Passienus divided this last part like this: If the 9 young man acted with bad intentions towards the girl

in denying the rape, in order to escape marriage, does he deserve to undergo a second time the chances of a choice he has refused once? Then: *were* his intentions bad?

<sup>1</sup> *ibid.* p. 217.18.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Deleted by the editor.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Supplied by Gronovius.

Varius Geminus ultimae quaestioni vel parti, in qua quid debeat fieri quaeritur, duo haec adiciebat, quae posse<sup>1</sup> quaeri putabat: an, si puella pro certo 344M adulescentis mortem optatura est, non debeat illi permitti optio tam crudeliter usurae sua potestate; deinde: an mortem optatura sit. Quid est, inquit, quare velis optare nisi quod nuptias non vis?  $\langle An$ vis? $\rangle^2$  Hoc non tantum patimur sed rogamus.

10 Color pro adulescente introductus est a Latrone talis ut diceret se ebrium fuisse et ignorare quid fecerit: hodie quoque magis credere de facto suo quam scire; recusasse autem non ne duceret uxorem sed ut sua voluntate duceret; et iudices non audisse sollicitos: faciles fuisse, quasi de nuptiis ageretur.

Varius Geminus raptum confessus est, et dixit nihil esse tam contrarium adulescenti quam etiamnunc negare: non tantum raptam sed iudicem offendet.

Cestius nec Latronem secutus est dicentem nescisse se hodieque nescire nec Varium Geminum confitentem, sed [non]<sup>3</sup> rapuisse apertius negavit. Verum, inquit, inveniri non poterat; iudices illam sententiam secuti sunt: si rapuit, indignum est puellam inultam esse; si non rapuit, non est indignum fieri illum maritum.

Silo Pompeius dixit adulescentem verecundum

#### CONTROVERSIAE 7. 8.9-10

Varius Geminus, to the last question or part, where the question is: What ought to be done, added these two, which he thought bore asking: If the girl is definitely going to choose the young man's death, should a choice be allowed to someone who proposed to use her power so cruelly? Then: *Does* she propose to choose death? "Why should you want to choose unless because you do not want marriage?<sup>1</sup> Or do you? We not only put up with that—we ask it."

Latro introduced a *colour* for the youth that in-10 volved his saying he had been drunk and didn't know what he had done; even today he had more belief than knowledge of his action; but he had denied it not in order to avoid marriage but in order to marry of his own will. The judges hadn't listened carefully —they had been easily persuaded, on the assumption that it was marriage that was in question.

Varius Geminus confessed to the rape, and said that nothing was so prejudicial to the youth as to go on denying it even now: "He will offend the judge as well as the girl."

Cestius followed neither Latro's line that he had not known anything and knew nothing even now, nor Varius Geminus' of confessing, but instead said more openly <sup>2</sup> that he had not raped. "The truth could not be determined. The judges followed this line of thought: If he raped it is outrageous that the girl should not be avenged, if he did not, it is not outrageous that he should be her husband."

Pompeius Silo said that the youth, being naturally

<sup>1</sup> *ibid.* p. 218.27.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> posse *Kiessling*: per se.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Supplied by Thomas.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Deleted by Faber.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Sc. than Latro.

natura et rustici pudoris non sustinuisse confessionem. Non placebat Latroni  $\langle hic \rangle^1$  color: minus, inquit, ignoscetur illi si scit se rapuisse et sciens mentitus est. Contradicebat Silo  $\langle non \rangle^2$  posse ulli fidem fieri aliquem nescire an rapuerit.

11 Hispanus Cornelius: Non subducere illi, inquit, 345M maritum volui, sed honestiorem dare. Digna est, inquit, tam misericors puella quae non videatur nupsisse raptori.

Hispo Romanius ait illos sodales qui illum nocte inpulerant circumstetisse et dixisse: non est quam rapuisti; alia fuit. Timuit ne illi quam rapuerat faceret iniuriam.

Argentarius dixit: Vellem mortem optasses: non esset hic raptor iudicatus. Non causa tua illum  $\langle \text{vicit} \rangle^3$  sed optio, dum unusquisque iudex dicit: "Quid habet quod tantopere recuset? putes de capite agi; et ipse ait se non nolle ducere uxorem, sed titulum recusare. Nempe victus ducet uxorem. Non est sollicite de eo iudicandum cui damnato gratulandum est."

Silo hoc colore usus est: confusum adulescentem subito et tanto tumultu parum sibi constitisse; et negasse quia perturbatus erat,  $\langle et \rangle^4$  perseverasse quia negaverat.

<sup>1</sup> Supplied by Gertz.

- <sup>2</sup> Supplied by Kiessling.
- <sup>3</sup> Supplied by Madvig.
- <sup>4</sup> Supplied by Haase.

#### CONTROVERSIAE 7. 8.10-11

bashful and having a countryman's sense of shame, had not been up to confessing. Latro didn't like this *colour*: "He will be forgiven less readily if he knows he raped and told a lie in that knowledge." Silo answered that no-one can be believed to be unaware whether he has committed rape.

Cornelius Hispanus: "I didn't want to deprive her 11 of a husband, but to give her a more respectable one. So compassionate a girl deserves not to be thought to have married a ravisher."

Romanius Hispo said that the companions who had egged him on by night surrounded him<sup>1</sup> and said: "This is not the girl you raped—it was another." He was afraid of acting wrongly by the girl he *had* raped.

Argentarius said: "I could wish you had chosen death; this man would not then have been adjudged a ravisher. It is not the case you brought that overcame him, but your choice—each of the judges was saying: 'What reason has he to be so vehement in his denials? You would think it a matter of life and death. He himself says he is ready to marry the girl, though not labelled a seducer. Surely he will marry her if he is defeated. We don't need to judge with any care the case of one who, if he is condemned, deserves congratulations.'"<sup>2</sup>

Silo used this *colour*: in the sudden tumult the young man was bewildered and lost control of himself; he denied because he was confused—and went on denying because he had started by denying.

<sup>1</sup> In court, at the first trial.

<sup>2</sup> Cf. *Decl.* p. 218.22 Ritter: "id pronuntiaverunt in quo victus gratias ageret."

# EXCERPTA

359M

# CONTROVERSIARUM

#### LIBRI OCTAVI

I

#### ORBATA POST LAQUEUM SACRILEGA

Magistratus de confessa sumat supplicium.

Amisso quaedam viro et duobus liberis suspendit se. Incidit ei laqueum tertius filius. Illa, cum sacrilegio facto sacrilegus quaereretur, dixit magistratui se fecisse sacrilegium. Vult magistratus tamquam de confessa supplicium sumere; filius contradicit.

Facio, iudices, in foro quod domi feci: matrem mori prohibeo. Quomodo, inquit, fecisti? quo loco quae sustuleras condidisti? Haerebat nec quicquam sacrilegi nisi poenam noverat. Amissis duobus liberis sacrilega sibi videbatur quod vivebat. Non ad-

### **EXCERPTS FROM BOOK 8**

1

THE BEREAVED WOMAN WHO COMMITTED SACRILEGE<sup>1</sup> AFTER HANGING HERSELF

A magistrate may execute a woman who confesses to a crime.<sup>2</sup>

A woman, having lost her husband and two children, hung herself. The third son cut her down. A sacrilege had taken place, and there was a search for the guilty party. The woman told the magistrate she had committed the sacrilege. The magistrate wants to execute her as confessedly guilty. The son speaks against him.

For the son: Judges, I am doing in court what I did at home—I am preventing my mother dying.—" How did you do it?" they asked her. "Where did you hide what you stole?" She was at a loss, and knew nothing of sacrilege except the punishment for it.— Having lost two sons, she thought herself sacrilegious

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> i.e. theft of sacred objects.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> The law reflects Roman and particularly Greek legal practice (Bonner, 103). It recurs (with the more noncommittal masculine *confesso*) in the very similar theme of

Calp. Flacc. 42: cf. Decl. 314. The supplicium would not normally be capital, but I have translated "execute" because this gives point to the present theme.

futurus veni, sed servaturus. Alii pro reis rogant, ego rogabo ream. Nullum habet accusator nisi in subselliis meis testem. Non est confessio nisi cum 360M accusator eruit, negat rea, tortor expressit. Fertur quaedam viso contra spem filio expirasse. Si ad mortem agit matres magnum gaudium, quid magnus dolor? Mater, habes non mediocre solacium: vides aliquid et deos perdere. Magis deos miseri quam beati colunt. Non fecit sacrilegium mulier, non fecit anus, non fecit orbata, non fecit quae custoditur, non fecit quae confitetur. Irata, inquit, dis sacrilegium potuit committere. Frangitur calamitosis animus et ipsa se infelicitas damnat, et hoc condicio humana vel pessimum habet, quod Fortuna quos miseros fecit etiam superstitiosos facit. Diligentius dii coluntur irati. Quis ergo fecit? Unde scire possum qui matrem custodii? Ago causam legum, ne carnificem quem sacrilegis minantur calamitosis adhibeant. Deos ita coluit ut quae pro tam multis timeret.

Pars altera.<sup>1</sup> Confessio conscientiae vox est. Confessio coacti et quae fecit agnoscentis verbum est. Omnium vox erat: "sacrilegus<sup>2</sup> latere non

<sup>1</sup> These words appear in the manuscripts after verbum est: they were transposed by Gronovius.

<sup>2</sup> sacrilegus Bornecque : sacrilegium.

#### CONTROVERSIAE 8. I

to go on living.—I am here not to defend her, but to save her.—Some beg on behalf of the accused: I shall beg the accused herself.—The accuser has no witness -except on my benches.-There is no confession except when the accuser elicits it, the accused denies it, the torturer has extorted it.-It is said that a woman once expired after seeing her son unexpectedly.<sup>1</sup> If great joy drives mothers to die, what of great grief ?---Mother, you have a great consolation: you see that even the gods suffer losses.-The wretched worship the gods more than the fortunate.<sup>2</sup>—This sacrilege was not the crime of a woman, an old woman, a bereaved woman, one under custody,<sup>3</sup> one who confesses.—" She might have committed sacrilege out of anger with the gods." In disaster the spirit gets broken. Misfortune dooms itself, and quite the worst thing about the human lot is that those whom Fortune has made miserable it makes superstitious as well. The gods are worshipped with more care when they show anger.-Who then did the deed? How can I know? I was looking after my mother.—I am pleading in the name of the laws, for fear they may bring to bear on the wretched the executioner with which they threaten the sacrilegious.-She worshipped the gods, as you expect of one who had so many reasons<sup>4</sup> to fear them.

The other side: Confession is the voice of conscience. Confession is the utterance of one under constraint, one who acknowledges what he has done.—Everyone was saying: "The temple-robber will not be able to

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> See Livy 22.7.13; Gell. 3.15.4.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cf. Sen. Agam. 694: "miseris colendos maxime superos putem."

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> That of her son, as we learn below.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> i.e. so large a family.

poterit; quisquis est, non ipse bonum exitum faciet, non quisquam suorum; etsi nemo fuerit accusator, ipse narrabit." Concita processit, velut diis ipsis persequentibus; "feci" inquit. Supplicium de ea vel nunc exigamus homines de qua dii olim exigere coeperunt. Violatorum numinum maiestate conpulsa est ut mori et vellet et deberet et non posset. 361M Incisus est laqueus. Ita putabas te, sacrilega, secreto mori posse? Omnia fecit ut taceret quae ne confiteretur etiam mori voluit. Si crimen quaeritis, factum est sacrilegium, si sacrilegum, fatetur. Facti quaeritis causam? Si priusquam amitteret liberos, avara (fuit); si postquam amisit, irata.

#### Π

Phidias Amissis Manibus

Sacrilego manus praecidantur.

Elii ab Atheniensibus Phidian acceperunt ut his Iovem Olympium faceret, pacto interposito ut aut Phidian aut centum talenta redderent. Perfecto Iove Elii Phidian aurum rapuisse dixerunt et manus tamquam sacrilego prae-

#### CONTROVERSIAE 8. 1-2

stay hidden; whoever he is, he will come to no good end, nor will any of his family; even if there is no-one to accuse him, he will tell the tale himself." She came forth in perturbation, as though the gods themselves were harrying her. "I did it," she said. Let us humans now exact punishment from a woman whom the gods have long since started to punish. She was driven by the sanctity of the powers she had violated to want to die, to have a duty to die, to fail to die.—" The noose was cut."<sup>1</sup> Did you, sacrilegious woman, think you could die in private like that ?-She did everything to keep silent-she was ready even to die so as not to have to confess.-If it is a crime you are looking for, sacrilege has been committed; if it is a culprit, she confesses. Are you looking for a motive for the act? If she did it before she lost her children. she was greedy; if afterwards, she was angry.

 $\mathbf{2}$ 

#### How Phidias Lost His Hands

The sacrilegious shall have their hands cut off.<sup>2</sup>

The Eleans got Phidias from the Athenians to make a statue of the Olympian Zeus for them, promising to return either Phidias or a hundred talents. When the statue was complete, the Eleans said Phidias had stolen some gold. They cut off his hands for sacrilege and sent him back

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The objection is that the gods seem to have shown their favour, the reply that they want to have the woman die—more publicly.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Sacrilege (i.e. theft of sacred objects), though punished severely, was not given this penalty either in Greece or at Rome (Bonner, 106).

ciderunt, truncatum Atheniensibus reddunt. Petunt Athenienses centum talenta. Contradicunt.

Iam Phidian commodare non possumus. Tunc demum illa maiestas exprimi potest cum animus opera prospexit, manus duxit. Ante sibi quam operi Iovem fecit. Sacrilegi vos estis, qui praecidistis consecratas manus. Primum sanguinem deus sui vidit artificis. Testor Iovem, proprium iam Phidiae deum. Ars alios in miseria sustinet, te miserrimum fecit. Paciscendum Phidian manus fecerant. Sine 362M eo Phidian nos recepturos putatis sine quo vos accepturi non fuistis? Commodavimus qui facere posset deos, recepimus qui ne adorare quidem possit. Non pudet vos Iovem debere sacrilego? Superest homo, sed artifex periit. Poenam nobis Phidiae, non Phidian redditis. Manus quae solebant deos facere nunc ne homines quidem rogare possunt. Talem fecit Iovem ut hoc eius opus Elii esse ultimum vellent. Manus commodavimus, manus reposcimus. Elius est testis, Elius accusator, Elius iudex, Atheniensis tantum reus. Invoco deos, et illos quos fecit Phidias

#### CONTROVERSIAE 8. 2

# mutilated to the Athenians. The Athenians ask for the hundred talents. The Eleans dispute it.<sup>1</sup>

For the Athenians: Now we are not in a position to lend Phidias.-The majesty of Zeus can only be represented when the mind has seen the work in advance, and the hand has shaped it. Phidias made Zeus for himself before making his statue.-It is you who commit sacrilege, in cutting off those sacred hands.-The first blood the god saw was that of the craftsman who made him.-I call to witness Zeus, now Phidias' personal deity.-Others are sustained in their misery by art—you it has made most miserable of all.—It was because of his hands that the bargain concerning Phidias was worth making; do you imagine we are ready to take back Phidias lacking something but for which you would not have taken him ?—We lent you a man who could make gods—we have received back a man who can't even worship them.-Aren't you ashamed to be indebted for your Zeus to a temple-robber?<sup>2</sup>—The man survives, but the artist has perished .- You are returning to us not Phidias but the penalty inflicted on him.-The hands that used to make gods now cannot even beg men.-He made a Zeus so fine that the Eleans wanted this to be his last creation.-We lent you his hands-and it is his hands we ask back.-Witness, accuser, judge are Eleans-the only Athenian is the defendant.--I call on the gods whom Phidias made-and those he might

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Phidias did make such a statue for the Eleans (e.g. Paus. 5.10.2). Philochoros (328 FGH 121) states that there was a

story he was executed for embezzlement by the Eleans; Plut. Per. 31 has a different story. See Jacoby's full discussion ad loc.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Sarcastic.

et illos quos facere potuit. Recepimus Phidian: confiteor, si possumus commodare.

Pars altera. Habuimus aurum olim sacrum, habuimus ebur; sacrae materiae artificem quaesivimus. Disposueramus quidem ut aliis quoque templis simulacra Phidias faceret, sed non erat tam necesse ornare deos quam vindicare.

#### III

#### INFAMIS IN NURUM

Duorum iuvenum pater uni uxorem dedit, quo peregre profecto infamari coepit socer in nurum. Maritus reversus abduxit ancillam uxoris et torsit. Illa in tormentis periit. Maritus incerto quid quaesierit se suspendit. Imperat alteri filio pater ut eandem ducat; nolentem abdicat.

Duc, inquit, fratris uxorem. Si hoc fieri potest, 363M adulterum frater invenit. Haec est mihi causa abdicationis quae fratri mortis fuit. Duc, inquit, fratris uxorem. Temptari me, si qua est fides, credidi. Mulier, si nubere lugenti potes, facis ut de te omnia credantur. Cogor eam ducere quae

#### CONTROVERSIAE 8. 2-3

have made.—" We have had Phidias back ": yes, if we are still in a position to lend him.

The other side: We possessed gold that had long been sacred, we possessed ivory; it was to work holy materials that we looked for a craftsman.—We had certainly intended that Phidias should make images for other temples too—but it was more vital to avenge the gods than to decorate their temples.

#### 3

# The Man Slandered in Connection with His Daughter-in-law

The father of two youths provided one of them with a wife. The son went abroad, and the father began to be slandered in connection with his daughter-in-law. The husband returned, took one of his wife's servants and put her to the torture, under which she died. The husband, without revealing what he had been looking for, hung himself. The father orders the second son to marry the same woman; he refuses, and is disinherited.

For the son: "Marry your brother's wife." If that is possible, my brother has found the adulterer he was looking for.<sup>1</sup>—The reason <sup>2</sup> for my disinheritance is the reason for my brother's death.—" Marry your brother's wife." If you will believe me, I thought I was being put to the test.—Woman, if you are capable of marrying a man weighed down by grief, you make it possible to believe anything of you.—I am forced

 $<sup>^{1}</sup>$  i.e. if I am capable of doing that, I was capable of being the seducer.

 $<sup>^2</sup>$  i.e. the woman (cf. below: ". . . the cause of my disinheritance . . .").

mihi abdicationis est causa, populo rumoris, viro mortis. Legi iam uxorem quae, si peregrinatio inciderit, mecum peregrinari velit, quae, si viro aliquid acciderit, nubere alii nolit. Qui me abdicari audiunt, putant fratrem de me aliquid suspicatum.

Pars altera. Obiecisti mihi ultimum nefas et quod qui tantum suspicatus est noluit vivere. Inpulsu tuo frater torsit ancillam, et, quia nihil repperit, falsas suspiciones morte expiavit.

#### IV

Homicida in Se

Homicida insepultus abiciatur.

Quidam se occidit; petitur ut insepultus abiciatur. Contradicitur.

Adferre sibi coactus est manus assiduis malis. Summam infelicitatum suarum in hoc removit, quod existimabat licere misero mori. Infelicissime adu- 364M lescens, cum te prohiberi etiam sepultura video, mirari desino quod peristi. Tales inimicos habes ut etiam mortuum persequantur. Facilius miserum

#### CONTROVERSIAE 8. 3-4

to marry the cause of my disinheritance, the people's talk, her husband's death.—I have already chosen a wife who would be willing to travel with me if I have to travel, and unwilling to marry again if something fatal happens to her husband.—People who hear that I am getting disinherited think that my brother was suspicious of *me*.

The other side: You reproached me with the most extreme of sins—one  $^1$  who merely suspected it was unwilling to go on living.—It was on your instigation that your brother tortured the slave-girl; finding nothing, he paid for his false suspicions by his death.

#### 4

THE SELF-MURDERER

Homicides shall be cast out unburied.<sup>2</sup>

A man killed himself. A demand is made for him to be cast out unburied. Objection is raised.

For the suicide: It was by unending misfortunes that he was forced to lay hands on himself.—He banished the worst of his troubles, because he thought an unfortunate man has the right to die.—Wretched youth, when I see you barred even from burial I cease to be surprised that you perished. You have the sort of enemies that harry even the dead.—Fortune con-

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The brother.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Bonner (pp. 100-1) argues that this may have been an obsolete Roman law: but it sounds appreciably more Greek. However, the situation is in any case fictional, because suicides were left unburied also, and there would have in practice been

no need for the appeal to the "law" about homicide. Clearly, the point is the discussion whether suicide is to count as homicide (cf. Quintilian 7.3.7). But the declaimers preferred to attack or defend suicide itself.

quam sceleratum Fortuna vincit. Sumpsisti hoc ferrum, Cato, et quam invidiosum, quod Catonem occideris. Curti, perdideras sepulturam nisi in morte repperisses. Quid est in vita miserius quam mori velle? quid in morte quam non posse sepeliri? Quis miretur eum mori voluisse quem fugientem quoque Fortuna persequitur? Omnibus natura sepulturam dedit: naufragos idem fluctus qui expulit (sepelit); suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam defluunt; eos qui vivi uruntur poena funerat. Irascere interfectori, sed miserere interfecti. Homicida, inquit, est, quia se occidit. Huic irasceris pro quo irasceris? Non aliud Scaevolae Mucio cognomen dedit et capto contra Porsennam regem libertatem reliquit quam vilitas sui. Non aliud Codrum illum ceteris imperatoribus exemplum dedit quam quod positis imperatoris insignibus ad mortem cucurrit, nec ullo maior dux fuit quam quod se ducem non esse mentitus est. Non postulo ut gloriosum mori sed (ut) tutum sit. Non magis crudeles sunt qui volentes vivere occidunt quam qui volentes mori non sinunt. Curtius deiciendo se in praecipitem locum fatum sepulturae miscuit; cele- 365M

 $^1$  Cato Uticensis was the most famous Roman suicide: cf. below and on S. 6.2.

<sup>3</sup> A topic touched on in Sen. *Ep.* 92.35, citing Maecenas: "nec tumulum curo: sepelit natura relictos."

<sup>5</sup> For the story see Flor. 1.10.5-6 and Livy 2.12.1 seq., with

#### CONTROVERSIAE 8. 4

quers the wretched more easily than the wicked.-You took up that sword, Cato-and how loathsome a sword, seeing that it was Cato you killed! 1-Curtius, you would have lost your chance of burial if you had not found it in death.<sup>2</sup>—What is there more wretched in life than to wish to die? What in death than to be unable to find burial?—Is there any wonder that one whom Fortune tracks down even as he runs away should have wanted to die ?---Nature gives everyone a burial;<sup>3</sup> the same wave that ejected the shipwrecked from their vessel covers them over; the bodies of the crucified flow down<sup>4</sup> from their crosses into their graves; those who are burned alive are given funeral by their punishment.—Get angry with the killer—but pity the victim.—" He is a homicide—he killed himself." Are you then angry with a man on whose behalf you are angry ?---What gave Mucius Scaevola his name,<sup>5</sup> and left him free, though a prisoner, in the face of King Porsenna, was his contempt for his own life. What made the great Codrus an example to all other generals was that he laid aside his general's insignia and ran to his death: he was most splendidly a leader in pretending not to be one.<sup>6</sup>—I don't ask that death be glorious-merely that it should be undisturbed.-There is equal cruelty in killing those who wish to live and forcing life on those who wish to die.7-Curtius, by throwing himself into an abyss, found death and burial at the same moment. Cato Ogilvie's notes: cf. also Sen. Ep. 66.51, Ben. 7.15.2. The "name" referred to is Scaevola ("left-handed").

<sup>6</sup> The story is in e.g. Val. Max. 5.6 ext. 1.

<sup>7</sup> A frequent thought: e.g. Hor. Ars Poet. 467: "invitum qui servat idem facit occidenti"; Sen. Phoen. 98-9, Herc. Fur. 513.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> M. Curtius' feat is described in Livy 7.6.1 seq.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> As they rot.

bratur Cato: huic miserrimo quod aliquid non ignave de spiritu suo statuit tantum inpune sit. Etiam vulnera infelicis in crimen scrutantur. Aestimate an vivere licuerit cui ne mori quidem licuit.

Pars altera. Facinus indignum si inveniuntur manus quae sepeliant eum quem occiderunt suae. Sumpsit gladium, video ardentes oculos—in quem, nescio; quod solum scio, scelus cogitat. Nescio cuius sibi criminis conscius confugit ad mortem, cuius inter scelera etiam hoc est, quod damnari non potest. Contra hos inventum est ut aliquid post mortem timerent: non timent mortem. Nihil non ausurus fuit qui se potuit occidere.

#### V

#### FORTIS NOLENS AD PATREM FORTEM REDIRE

Abdicavit quidam filium; ille tacuit. Fortiter fecit; petit praemio ad patrem reditum; pater contradixit. Postea pater fortiter fecit; petit ad se filii reditum; filius contradicit.

Ego fortior sum: post tuam pugnam pugnavimus, post meam vicimus. Revertere, dignam te domum

#### CONTROVERSIAE 8. 4-5

has his fame. At least let there be no question of punishing *this* poor man for making a not ignoble decision about his own life.—They even examine the wretched man's wounds in order to make a charge out of them.—Judge whether he was allowed to live—he wasn't even allowed to die.

The other side: It is a dreadful outrage if hands are found to bury one whom his own hands killed.—He took up his sword—I see his glaring eyes. I don't know at whom they glare—all I know is that it is a crime he has in mind.—Some guilty conscience made him take refuge in death; one of his crimes is that he cannot be convicted.—It was for people like this that the fear of something after death was devised—death itself they do not fear.—One capable of killing himself might have dared anything.

 $\mathbf{5}$ 

#### The Hero Son who Would Not Return to His Hero Father

A man disinherited his son, who did not protest. The son became a hero, and for his reward<sup>1</sup> sought to return to his father. His father spoke against the idea. Later, the father became a hero; he seeks the return of his son; his son speaks against it.

For the father: I am the braver: after your fight, we went on fighting, after mine we were victorious.—

Cf. C. 10.2 n.

feci. Isti oculi mei sunt, istae manus meae sunt, ista contumacia mea est. Si mereor praemium, mihi date, si non mereor, isti suum reddite. "Ego" inquit "eadem lege praemium non accepi." Hoc est unde abdicatus es, quod putas nihil inter te et patrem 366M interesse. Post tam similia opera, si tantum commilito esses, patrem me adoptare debueras. Admoneo te, iuvenis: hoc praemium qui recusaverat petit. "Timeo ne me iterum abdices." Commissurum me putas ut iterum rogem? Bello graviore pugnavi, quo necesse fuit etiam senibus militare, quo fortes esse non potuerunt etiam qui priore bello fuerant. Ille annos suos exercuit, ego vici meos. Tu fregisti bellum, ego sustuli. Quanta adhortatio iuvenum fui senex fortis! Utrique nostrum praemium reddite. Militavi senex, militavi exanguis, militavi qui iam vicarium dederam. Uterque nostrum cum rogatur fastidit, cum relinquitur rogat. Quid nos suspicari cogis quod non vis in paternam domum venire nisi tuo praemio? Turpe erat virum fortem nisi a patre coacto non recipi.

Pars altera. Quid me captivum ex libero cupis? quid ignominiae subicis virum fortem? quid efficis

#### CONTROVERSIAE 8. 5

Return; I have made our house worthy of you.-Those <sup>1</sup> eyes are mine, those hands mine, that stubbornness mine.-If I deserve a prize, give it to me; if I do not, let him have his.<sup>2</sup>—" I did not receive my prize, under the same law." That is why you were disinherited—because you think there is no difference between you and your father.-After such similar exploits, you should have adopted me as your father even if you had been merely my companion-in-arms. -Take note, young man, he who had refused this prize is in search of it.3—" I am afraid you may disinherit me a second time." Do you imagine I shall put myself in the position where I have to beg you a second time ?—I fought in a more serious war, one in which even old men had to campaign and even the heroes of the earlier war could not be heroic.-He put his years to use, I overcame mine. You broke the back of the war, I obliterated it.-How well I, an old hero, served as an exhortation to the young!-Give us both our prizes.—I fought as an old man, I fought when feeble, I fought despite having already provided a substitute.<sup>4</sup>—Both of us are scornful when we are asked-both of us ask when we are abandoned.-What do you force me to suspect if you won't come into your father's household except as your prize? 5-It was shameful for a hero to be taken back by his father only against his father's will.<sup>6</sup>

The other side: Why do you want to turn me from free man into prisoner? Why humiliate a hero?

 $<sup>^{1}</sup>$  i.e. yours. The similarity of the two is stressed again below: "Both of us . . ."

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> The result in either case being the same. Cf. below: "Give us both our prizes."

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> The father, that is; and the same may in the end happen to the son.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> His son, in the earlier war.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> The answer to this is not altogether clear.

<sup>&</sup>lt;sup>6</sup> But now, when his father wishes it, the case is different.

ut possit abdicari? "Meus" inquit "es filius." Quid opus est praemio, si tuus sum?

#### VI

#### PAUPER NAUFRAGUS DIVITIS SOCER

#### Vitiata vitiatoris aut mortem aut indotatas nuptias petat.

Dives pauperem de nuptiis filiae interpellavit tertio; ter pauper negavit. Profectus cum filia naufragio expulsus est in divitis fundum; 367M appellavit illum dives de nuptiis filiae; pauper tacuit et flevit. Dives nuptias fecit. Redierunt in urbem; vult pauper educere puellam ad magistratus. Dives contradicit.

Educatur ad magistratus puella. Quid times? certe uxor est tua. Queri nec de morte poteris si hanc puella maluerit. Nemo umquam raptor serius perit. Ut litus agnovi, naufragus in altum natavi. Quid times, si exorasti? Accessit ad me primum; "filiam tuam ducere volo" inquit "uxorem." Non flevi; tunc enim licuit negare. Nuptias filiae tamquam naufragium meum flevi. Naufragus plus de

- <sup>2</sup> That is, to carry out her choice.
- <sup>3</sup> i.e. you should be confident that she will choose marriage.
- -For a reply, see below: "There is no righteousness . . ."

#### CONTROVERSIAE 8. 5-6

Why put him in a position where he may be disinherited?—"You are my son." What need of a prize if I belong to you?

#### 6

The Shipwrecked Pauper who became Father-in-law of a Rich Man

A girl who has been raped may choose either marriage to her ravisher without a dowry or his death.<sup>1</sup>

A rich man asked a poor man for his daughter in marriage three times; three times the poor man refused. He set out abroad with his daughter, and was shipwrecked and cast up on the rich man's land. The rich man asked for his daughter's hand; the poor man wept, but said nothing. The rich man married her. They returned to the city. The poor man wants to take the girl before the magistrates;<sup>2</sup> the rich man objects.

For the father: Let the girl go before the magistrates. What are you afraid of? She is undoubtedly your wife.<sup>3</sup>—You won't be able to complain even of death if that is what the girl chooses.—No ravisher's death was ever so late.—When I recognised the shore, I swam out into deep water, despite my shipwreck.— What are you afraid of, if you have talked her over ?— On the first occasion he came to me, and said: "I want to marry your daughter." I did not weep; for then <sup>4</sup> I was in a position to refuse him.—I wept for my daughter's wedding as though for my shipwreck.—

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> See C. 1.5 n.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Contrast the position after the wreck.

litore queror. Inter naufragium [quidem]<sup>1</sup> et nuptias ne una quidem nox interfuit. Differ nuptias dum flere socer desinat. Putat me iam filiam commisisse sibi, cum hic se necdum committat uxori. Lacrimis inter verba manantibus venio: talis et filiae nuptiis fui. Si rapta est, cur optionem recusas? si uxor est, cur times? Loquor ubi primum licet. Procul a conspectu reliqueram patriam, nondum tamen possessionem divitis praeterieram. Subito fluctibus inhorruit mare ac discordes in perniciem nostram flavere venti: demissa nox caelo est et tantum fulminibus dies redditus; inter caelum terramque dubii pependimus. Adhuc tamen bene, iudices, navigamus; naufragium maius restat in litore. Erat in summis montium iugis ardua divitis 368M specula: illic iste naufragiorum reliquias conputabat, illic vectigal infelix et quantum sibi iratum redderet mare. Interrogavit<sup>2</sup> de nuptiis filiae cum adhuc pulsaret aures meas fluctus; feci quod debui: et captus et naufragus inimico stuprum lacrimis negavi.

<sup>1</sup> Deleted by Gertz.

<sup>2</sup> interrogavit ed.: interrogo M (corrected to interrogat).

#### **CONTROVERSIAE 8.6**

Though I have been shipwrecked, the place where I landed is a worse cause for complaint.-Between wreck and marriage not even a single night intervened .-- Put off the wedding until the father-in-law stops crying .- He thinks I have now entrusted him with my daughter-though he doesn't yet entrust himself to his wife.<sup>1</sup>—I come,<sup>2</sup> tears flowing as I speak: this is what I was like at my daughter's wedding too.-If she was raped, why do you refuse to let her have a choice? If she is your wife, what have you to fear?-I take the first chance I have to speak. -I had left my country far out of sight-but I hadn't yet got past the rich man's estates. Suddenly the sea bristled with waves, winds blew that battled to destroy us;<sup>3</sup> night fell from the sky, and day returned only with the flashes of lightning. We hung in suspense between sky and land. But up to this point, judges, our voyage is prosperous: a worse shipwreck awaits us on the shore.-On the highest ridge of the mountains there was a lofty look-out post<sup>4</sup> owned by the rich man; there he used to reckon up the remains of wrecks, the tribute of misery, the toll exacted for him by the anger of the sea.—He asked about marrying my daughter while the beat of the waves still sounded in my ears; I did what I had to do: prisoner and shipwrecked, I refused my enemy an outrage on her-with my tears.

 $<sup>^{1}</sup>$  i.e. he does not wish her to have a choice, because he is fearful of the outcome.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Before the court.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> For storms in general, see C. 7.1.4 n.: for the battle of the winds, Morford, op. cit., 40-2.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> For such eyries, Bornecque compares Sen. Ep. 89.21. For wreckers, see L. Friedländer, Roman Life and Manners<sup>7</sup> (transl. L. A. Magnus), 1.282-3, citing e.g. Manil. 5.401, 434-5.

Delicatus dives, qui amare etiam inter naufragia potest! Matrimonii celebritatem remoti angulo ruris abscondis; ibi facis nuptias quo nemo nisi naufragus venit. Lacrima semper indicium est inoptatae rei; lacrimae pignora sunt nolentium et repugnantis animi vultus index. Nemo umquam quod cupit deflet. Lacrimae coacti doloris intra praecordia et intolerabilis silentii eruptio. Sic ille qui super cinerem deflet patrimonium odit incendium; sic qui naufragium deflet maria detestatur. Fletus humanarum necessitatum verecunda execratio est. Tuae nunc sunt partes, puella; discedo et, quod prius etiam feci, taceo. Si nupta es, habes quod optes, si vitiata, quod imperes.

Pars altera. Naufragum duo sacratissima inter homines acceperunt, hospitium et adfinitas: alterum praestiti, alterum etiam rogavi. Oblatas conciliante Fortuna nuptias, quod erat amantis, saepius rogavi, quod festinantis non distuli. Quid hic raptoris est, nisi quod indotatam duxi? Errat socer qui putat mihi cariorem futuram puellam si me potuerit occidere. Quid enim superest? preces meae, quas totiens adhibui, an istius lacrimae, quas movi? Nihil mihi inimicus obicere praeter matrimonium 369M potest. Magnus est amor qui ex misericordia venit. Fundebamus lacrimas ex paenitentia discidii prioris,

 $^{1}$  Perhaps: "the ceremony, that should have been crowded."

-Pernickety rich man, capable of love even amid shipwrecks!-You hide the crowded 1 wedding ceremony in a remote corner of the countryside; you hold the marriage where only the shipwrecked come. -A tear is always the sign of the undesired; tears are the guarantee of unwillingness, the face shows the rebelliousness of the mind. No-one ever weeps at what he desires. Tears are the bursting forth of a grief that has been suppressed in the heart, a silence that can be endured no longer. This is how the man who bewails his property amid its ashes shows his hatred of fire; this is how the man who has a shipwreck to lament curses the sea. Weeping is a curse laid, with self-restraint, on the exigencies that afflict men.-Now it is your turn, girl; I am going away,<sup>2</sup> and, as once before, I am silent. If you are married, you can make a choice; if you were raped, you can give an order.

The other side: The shipwrecked man was greeted by the two holiest ties that unite men, hospitality and the bond of family; I provided one, and begged for the other.—I asked often, as a lover should, for a marriage offered me by the match-making of Fortune, and, as a man in haste should, I brooked no delay. What is there here of the ravisher—except that I married her without a dowry?—Her father is wrong in supposing that the girl will be dearer to me if she gets the right to kill me.—For what remains? My prayers?—I have used *them* often; or his tears?—I have moved *them*.—All my enemy can accuse me of is marriage.—Great is the love that arises out of pity.— We shed tears <sup>3</sup> out of repentance for our former

 $<sup>^{2}</sup>$  These are the final words of a speech: the girl must now make her optio.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> This is a *colour* explaining away the father's tears.

nec plura aut me proloqui aut istum respondere passae sunt mentes gaudiis occupatae. Nulla integritas tantum sibi etiam explorata confidit ut causam velit dicere. Si interrogaveris filiam, partem legis inputaturus es; si non interrogaveris, legem. Si genero vitam daturus esset, etiam innocentiam reliquisset. Quaeritis quid dum fleret fecerit? Non negavit; et solebat negare, si nollet. Mortem optaturus est; non enim potest eas partes legis desiderare quas habet.

#### CONTROVERSIAE 8. 6

quarrel, and hearts pre-occupied by joy did not allow me to speak out—or him to reply.—There is no righteousness, however well-tested, that is so selfconfident that it *wants* to plead its case.—If you proceed to ask your daughter, you will be chalking up half the law; if you do not, you will be chalking up the whole.<sup>1</sup>—If he were ready to grant his son-in-law life, he would have left him his innocence too.<sup>2</sup>—Do you ask what he was doing when he wept? He wasn't saying no—and he was used to saying no if he didn't want something.—He is going to choose death; he cannot feel the need of the part of the law he already possesses.

<sup>1</sup> Meaning (apparently): If you force the daughter to make a choice, you can take the credit for renouncing half the law (that concerning death); if you do not, you can take the credit for renouncing the whole law (i.e. a choice either way).

<sup>2</sup> He has taken away his innocence by bringing the case; and he must be proposing to advise his daughter to choose death, otherwise he would not have brought the case: cf. below "He is going . . ." and C. 7.8.9. For the exercise of the optio by the father, see Quintilian 4.2.68: "He raped the girl—but the father will not thereby be given the choice." But naturally the father's advice would carry weight with the girl: "it is incredible that your daughter would have chosen marriage except at your wish" (Decl. p. 355.10 Ritter),

# CONTROVERSIARUM 370M

### LIBER NONUS

Seneca Novato,  $\langle Senecae \rangle$ ,<sup>1</sup> Melae filiis salutem.

<sup>1</sup> Iam videbar promissum meum implesse; circumspiciebam tamen num quid me praeterisset. Ultro Votieni Montani mentionem intulistis; et velim vos subinde aliqua nomina mihi offerre, quibus evocetur memoria mea, quae quomodo senilis per se marcet, admonita et aliquando lacessita facile se colliget.

Montanus Votienus adeo numquam ostentationis declamavit causa ut ne exercitationis quidem declamaverit. Rationem quaerenti mihi ait: Utram vis? honestam an veram? Si honestam, . . .,  $\langle$ si veram $\rangle$ ,<sup>2</sup> ne male adsuescam. Qui declamationem parat, scribit non ut vincat sed ut placeat. Omnia

<sup>1</sup> Supplied by Kiessling.

<sup>2</sup> Lacuna recognised, and these words supplied, by Thomas.

## BOOK 9

#### PREFACE

#### SENECA TO HIS SONS NOVATUS, SENECA AND MELA GREETINGS

Just now I thought I had done all I promised—but 1 I was looking around to see if I had forgotten anything. Without any prompting you brought up Votienus Montanus: and indeed I should like you to keep suggesting names in order to jog my memory. I am an old man, and my memory unprompted is failing; but if it is given its cue and prodded from time to time, it will easily pull itself together.

Votienus Montanus never declaimed for show—in fact he never declaimed even for exercise. When I asked why, he said: "Which do you want, the respectable reason or the true one? If the respectable . . .;<sup>1</sup> if the true one, I don't want to get into bad habits.<sup>2</sup> If you prepare a declamation beforehand, you write not to win but to please. You look

 $<sup>^{1}</sup>$  Presumably that he felt unsuited to declamation: cf. C. 3 pr. 14.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> For Votienus' assault on declamation, compare in detail Cassius Severus' in C. 3 pr. 8 seq., with my notes.

itaque lenocinia [ita]<sup>1</sup> conquirit; argumentationes, quia molestae sunt et minimum habent floris, relinquit; sententiis, explicationibus audientis delinire 371M contentus est. Cupit enim se approbare, non causam.

- 2 Sequitur autem hoc usque in forum declamatores vitium, ut necessaria deserant dum speciosa sectantur. Accedit etiam illud, quod adversarios quamvis fatuos fingunt: respondent illis et quae volunt et cum volunt. Praeterea nihil est quod errorem aliquo damno castiget; stultitia eorum gratuita est. Vix itaque in foro futurus periculosus stupor discuti potest, qui crevit dum tutus est. Quid quod laudationibus crebris sustinentur et memoria illorum adsuevit certis intervallis quiescere? Cum ventum est in forum et desiit illos ad omnem gestum plausus excipere, aut deficiunt aut labant.
- 3 Adice nunc quod ⟨memoria⟩ illis<sup>2</sup> nullius interventu excutitur: nemo ridet, nemo ex industria obloquitur, familiares sunt omnium vultus. In foro, ut nihil aliud, ipsum illos forum turbat. Hoc quod vulgo narratur an verum sit tu melius potes scire: Latronem Porcium, declamatoriae virtutis unicum exemplum, cum pro reo in Hispania Rustico Porcio, propinquo suo, diceret, usque eo esse confusum ut a soloecismo inciperet, nec ante potuisse confirmari

<sup>2</sup> memoria (animus C. F. W. Müller: perhaps mens?) illis ed.: ab illis.

out all possible allurements; you throw arguments overboard, because they are bothersome and much too sober; you rest content with cajoling the audience with epigrams and developments. Your aim is to win approval for yourself rather than for the case.

<sup>1</sup><sup>th</sup> Now declaimers are dogged right into the courts 2 by this fault of leaving out what is necessary and making for the attractive. Further, they make out their opponents to be as silly as they like; they give them replies as they will and when they will. Further, error never gets punished by any harm done —their folly costs them nothing. So a dullness that grew well in safe surroundings isn't easy to throw off, though in court it spells danger. Declaimers, too, are kept going by frequent applause,<sup>1</sup> and their memories are used to taking a rest at fixed intervals. When they get into court, and cheers cease to attend their every gesture, they fail or collapse.

"Moreover, in the schools there are no interrup- 3 tions to put their memory out; no-one laughs, no-one purposely contradicts, every face is well-known.<sup>2</sup> In the courts, apart from anything else, they are disturbed by the court itself. You are in a better position than I to know what truth there is in the popular tale <sup>3</sup> that Porcius Latro, unsurpassed pattern of excellence in declamation, when speaking for a relation, Porcius Rusticus, on trial in Spain, was so confused that he began with a solecism, and—so great

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Deleted by Haase, Bursian.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> For applause in declamation-schools, see Quintilian 2.2.9 seq., 8.5.13-14, with E. Norden, *Antike Kunstprosa*, 1.274-5.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> For the contrasting unfriendly atmosphere in court see Quintilian 12.6.5; Tac. *Dial.* 34.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Told also by Quintilian 10.5.18.

 $\langle tectum \rangle$  ac parietem desiderantem quam impetravit ut iudicium ex foro in basilicam transferretur.

- 4 Usque eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicate nutriuntur ut clamorem silentium risum, caelum denique pati nesciant. Non est autem utilis 372M exercitatio nisi quae operi simillima est in quod exercet; itaque durior solet esse vero certamine. Gladiatores gravioribus armis discunt quam pugnant; diutius illos magister armatos quam adversarius retinet. Athletae binos simul ac ternos fatigant ut facilius singulis resistant. Cursores, quom intra exiguum spatium de velocitate eorum iudicetur, id saepe in exercitationem decurrunt quod semel decursuri sunt in certamine. Multiplicatur ex industria labor quo condiscimus ut levetur quo decerni-
- 5 mus. In scholasticis declamationibus contra evenit: omnia molliora et solutiora sunt. In foro partem accipiunt, in schola eligunt; illic iudici blandiuntur, hic inperant; illic inter fremitum consonantis turbae intendendus animus est, vox ad aures iudicis perferenda, hic ex vultu dicentis pendent omnium vultus. Itaque velut ex umbroso et obscuro prodeuntes loco clarae lucis fulgor obcaecat, sic istos e scholis in forum transeuntes omnia tamquam nova et inusitata perturbant, nec ante in oratorem conroborantur quam

was his need of ceiling and four walls—couldn't regain his self-confidence before he made a successful application to have the trial transferred from the forum to a basilica.

"Students are so coddled and pampered in the 4 exercises of the declamation school that they cannot tolerate noise, silence, laughter, even the open air. But no exercise is any use unless it very closely resembles the activity for which it is a preparation. This is why it is often more demanding than the real thing: gladiators train on heavier weapons than those used in combat,<sup>1</sup> their trainer keeps them longer in arms than will their opponents; wrestlers tire out two or three at a time in order to be able to stand up easily to one; runners, though their speed is to be tested over a tiny stretch of track, for training purposes cover many times a course they will have to run once only in the real contest. The labour of learning is purposely increased in order to lighten the labour of the decisive test. But the opposite is true 5 of declamation in the schools; everything is softer and more casual. In the court they take the role they are given, in the school they choose it. There they have to coax the judge, here they give him orders. There they have to concentrate, and struggle to make their voices reach the judge's ears amid the competing hubbub of the throng; here every face hangs on the face of the speaker. Men going out of a dark shady place are blinded by the dazzle of broad daylight; similarly as pupils pass from the schools to the forum, they are put off by the novelty and unfamiliarity of everything, and they can only be hardened off into orators after they have had many

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. Quintilian 10.5.20, with Peterson's n.

multis perdomiti contumeliis puerilem animum scholasticis deliciis languidum vero labore durarunt. Lepidus, vir egregius et qui declamatorio non studio . . .

Ι

373 M

CIMON INGRATUS CALLIAE

Adulterum cum adultera qui deprenderit, dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit. Ingrati sit actio.

Miltiades, peculatus damnatus, in carcere alligatus decessit; Cimon, filius eius, ut eum sepeliret, vicarium se pro corpore patris dedit. Callias dives sordide natus redemit eum a re publica et pecuniam solvit; filiam ei suam collocavit, quam ille deprensam in adulterio deprecante patre occidit. Ingrati reus est.

ALBUCI SILI. Non movet me periculum meum: 1 semper nos in malis nostris non fortunam sed causam spectavimus. Non dubito quin Callias redempturus fuerit Miltiaden si iam habuisset filiam nubilem.

MUSAE. Alius aliud pati non potest. Mihi adulterium carcer est.

<sup>3</sup> Miltiades was fined in 489 B.C. for deceiving the Athenian people; he then died, but the fine was paid by his son Cimon. Callias married Cimon's sister Elpinice. All else is fiction (RE s.v. Kimon, col. 439), though one not confined to Seneca. Nearest to him are Ephorus (see Jacoby 70 FGH 64) and Diodorus (10.30.1; 10.32), who give Cimon's marriage to an

#### CONTROVERSIAE 9. PREFACE 5-1.1

insults to chasten them, and real work to toughen juvenile minds relaxed by the spoiling they get in the schools. Lepidus, an excellent man, and one who . . . not . . . declamatory enthusiasm . . ."

1

#### How CIMON WAS UNGRATEFUL TO CALLIAS

Whoever catches an adulterer with his mistress in the act, provided that he kills both, may go free.<sup>1</sup>

An action may lie for ingratitude.<sup>2</sup>

Miltiades, convicted of embezzlement, was imprisoned and died. His son Cimon gave himself as substitute for his father's body so that it could be buried. Callias, a rich man of low birth, ransomed him from the state and paid the money; he married his daughter to him. Cimon caught her in adultery, and killed her despite her father's pleas. He is accused of ingratitude.<sup>3</sup>

#### For Cimon

ALBUCIUS SILUS. I am not moved by my own 1 danger; always amid my troubles I have had regard not to fortune but to motive.4-I am sure that Callias would have been willing to redeem Miltiades if he had had a daughter ready for marriage then.

Musa. Different people find different things intolerable. For me adultery is a prison.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. C. 1.4 n.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cf. C. 2.5 n.

unnamed rich wife as the reason for his being able to pay. For the imprisonment of Cimon, see e.g. Val. Max. 5.3 ext. 3, 5.4 ext. 2 and Decl. p. 191.29 Ritter. 4 Lucan 3.303: "et causas, non fata, sequi."

ARELLI FUSCI patris. Nihil, inquit, filiae plus possum dare quam Cimonem virum. Quando mihi ex eo contingent nepotes? Ferrum a lege mihi traditum ad vindictam pudicitiae proiciam? Perdidisti pecuniam, Callia, si tales solvisti manus. Damnatus peculatus nihil aliud heredi suo reliquit quam se patrem.

- 2 CESTI PII. Non potest generosus animus contumeliam pati. Merito tu ex Cimone habere nepotes concupisti. Quid magis in me probasti quam carcerem? Non sum innocentior quam pater, ne infelicior quidem; 374M hoc unum interest inter parentis et fili fortunam quod illius calamitatium exitus fuit carcer, mearum initium. Exponam vobis quam in neminem meorum ingratus sim. Unus Miltiadis census inventus est Cimon filius; ne hic quidem quicquam habuit quod daret pro patre praeter se. Poteram in Cynaegiri domo sperare nuptias, poteram in Callimachi, nec verebar ne Cynaegirus suas pluris aestimaret manus. Redemptus Cimon redemptoris felicitas est.
- 3 VOTIENI MONTANI. Facis iam ut dicam: non accepi beneficium aut reddidi.<sup>1</sup> Certius reddam cum tam honeste desideraris quam dedisti. Ego adulteros dimit-

 ${}^{1}$  aut reddidi ${\it Gronovius:}\,$  alter reddidit.

<sup>1</sup> Hands capable of neglecting the punishment for adultery.

ARELLIUS FUSCUS SENIOR. "I cannot do better than Cimon as a husband for my daughter. When shall I have grandsons by him?"—The law gave me the sword in defence of chastity; am I to throw it away? You have wasted your money, Callias, if these were the hands <sup>1</sup> you thought you were freeing. —Convicted of embezzlement, he left his heir nothing—except himself for a father.

CESTIUS PIUS. A noble spirit cannot brook insult. 2 -You were quite right in wishing to have grandsons by Cimon.-Ŵhat did you find more praiseworthy in me than my imprisonment?<sup>2</sup>—I am not more innocent than my father, not even more unfortunate; the one difference between the fortunes of father and son is that prison was the end of his troubles, the start of mine.—I will relate to you how I am not ungrateful to any relation of mine.<sup>3</sup>-Miltiades' one asset proved to be his son Cimon: and he too had nothing to give in exchange for his father except himself.—I could have hoped for marriage into the house of Cynaegiros or Callimachus, and I had no fear that Cynaegiros would reckon his own hands worth more.<sup>4</sup> -The ransom of Cimon is a stroke of good fortunefor the ransomer.

VOTIENUS MONTANUS. You force me to say: "I 3 have received no service—or I have reciprocated it." —I shall reciprocate it more surely if you ask for a service from me in as honourable a spirit as you did me

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> i.e. prison was honourable, and Callias' service in freeing him negligible.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Particularly, he means, his father, whose name must be protected.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Cynaegiros had his hand(s) cut off at Marathon (Hdt. 6.114), a fact that greatly struck the declaimers: see Bonner, *A.J.P.* 87 (1966), 281 seq.

tam? quid aliud facerem si alligatas haberem manus? Egit me attonitum dolor. Non mehercules me exorasset Miltiades pater. Nihil Calliae debeo nisi liber sum.<sup>1</sup> Est vir egregius Callias, est misericors; sed utinam tantum adversus bonos! Maior iniuria est si nunc manus Cimonis alligantur quam fuit beneficium quod tunc solutae sunt. Non iste iniquiore animo filiam amisit quam ego uxorem, sed aequiore animo inpudicam pati voluit. Vis tu divitias tuas abscondere cum in eos incideris qui mendicitate censentur? Nihil habet domus nostra melius quod ostendat quam paupertatem. Da pecuniam Miltiadi qua damnationem luat: nocens erit; da Cimoni qua patrem redimat: pius non erit. 375M

4 VIBI GALLI. Nullomihi felicior videor quam quod Miltiadis pretium fui. Alligatus iacebat Persicae potentiae vindex, libertatis publicae adsertor, alligatus iacebat crimen ingratae civitatis. Adulteram dimittam? patiar adulteram qui non tam glorior quod filius sum Miltiadis quam quod vicarius? Quid? tu poenam putas pro Miltiade alligari? Si adulterum solum occidero, exulandum est. Quid

<sup>1</sup> liber sum *early edd.*: libertum.

### CONTROVERSIAE 9. 1.3-4

one.—Am I to let adulterers go free? Wouldn't I do that if I had my hands tied? 1-I was bewildered, driven on by my grief.-God help me, my father Miltiades himself would not have talked me out of it. -I owe nothing to Callias unless I am a free agent.<sup>2</sup>-Callias is an excellent man, he is compassionate; would that his compassion extended only to the good! -It is a greater injustice if Cimon's hands are tied now than it was a service for them to be freed then.-I was as distressed to lose my wife as he to lose his daughter: but he was willing to put up with her lack of chastity with less distress.-Don't you want to hide your riches when you fall in with men whose reputation rests on their poverty?—Our house has nothing better to show off than its poverty.-Give Miltiades money to get off his conviction: he will be guilty. Give Cimon money to ransom his father: he will not be displaying affection.<sup>3</sup>

VIBUS GALLUS. I count myself fortunate in 4 nothing so much as having been the price for Miltiades.—There lay, in chains, the scourge of the power of Persia, champion of the people's freedom. There he lay in chains, a reproach to an ungrateful country.—Am I to let an adulteress go? Shall I wink at a wife's deceptions?—I who boast of being son of Miltiades, and, still more, his deputy.—What, do you regard it as a *punishment* to be imprisoned in place of Miltiades?—If I kill only the man who deceived me in adultery, I must go into exile.

 $<sup>^{1}</sup>$  i.e. what was the good of you freeing me if I am to let adulterers off?

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> i.e. if I am free, I can act as I like; if I am not free, I owe nothing to Callias for getting me out of prison.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Presumably part of a *locus* on the importance of motive as compared with mere riches.

faciam? Occidam?plus quam praestitisti exigis: pro carcere exilium. Non occidam?plus quam praestitisti exigis: unum beneficium dedisti, duo petis. Uterque magnum beneficium dedistis et statim dum datis recepistis: Cimon quod Miltiadem redemit, tu quod Cimonem. Videbatur mihi omnis maiorum meorum circa me turba fremere dicentium: ubi sunt illae manus quae solvere Miltiadem? Non mihi occurrit indulgentia uxoris, non Callias socer, non ullius aut rei aut benefici memoria; feci quod soleo, nihil aliud respexi quam patrem.

5 MENTONIS. Cogita adulteros esse pro quibus rogas, cogita qualium misereri soleas: turpe est ab eodem dimitti et adulteros et Cimonem. Ego sum qui referre gratiam ne mortuis quidem desino: ita mihi veros habere liberos contingat; quod quantum esset Miltiades expertus est.

6 PORCI LATRONIS. Ego adulteros dimittam? Ardet cupiditate vindictae animus. Has manus con- 376M tinere non posset Miltiades, quas alligare potuit. Si in hoc solutus sum, redde me carceri. Ille Graeciae servator et vindex Persarum orientisque domitor, cui modo tam insignem triumphum Fortuna de hoste detulerat, damnatus est peculatus, ob hoc videlicet ipsum, ut innocentia eius, quae alioqui latere potuerat, ipsa damnatione ostenderetur. Damnatus est innocens. Quisquis<sup>1</sup> in civitate misericors est, nunc occasio misericordiae venit:<sup>2</sup> What am I to do? Kill him?<sup>1</sup> You are asking more than you gave—exile compared with prison. Not kill? You are asking more than you gave: you gave one boon, you ask two back.<sup>2</sup>—You <sup>3</sup> have both of you conferred a great benefit, and immediately in conferring it received one: Cimon in ransoming Miltiades, Callias in ransoming Cimon.—I thought I heard the whole crowd of my ancestors clamouring around me, saying: "Where are the hands that freed Miltiades?" I did not think of my love for my wife, of my father-in-law Callias, any thing or any service; I did what I always do—I thought only of my father.

MENTO. Reflect that it is adulterers you beg for, 5 reflect on the sort of person you normally pity; it is a disgrace that the same man should release both a pair of adulterers—and Cimon.—I'm a person who does not cease to be thankful, even to the dead, so may I have true sons: how much *that* meant, Miltiades found.

PORCIUS LATRO. Am *I* to let adulterers go? My 6 mind is ablaze with passion for revenge. Miltiades himself could not have restrained these hands—though he was able to have them bound.—If this is why I was freed, send me back to prison.—That saviour of Greece, scourge of the Persians, tamer of the Orient, whom Fortune had just granted so signal a triumph over the foe, was convicted of embezzlement, precisely, no doubt, in order that his innocence, which might otherwise have lain hidden, should be shown up by his very conviction.—He was convicted despite his innocence. Whoever is merciful in this country has

<sup>3</sup> Cimon and Callias are addressed by the advocate. Each received a *bene ficium* in the fame accruing from the act.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> quisquis *Müller*: quis.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> venit early edd.: inuenit.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> i.e. the man and not the woman.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> The sparing of both offenders.

Miltiades redimendus est. Redemi corpus tuum, Miltiade, ne funeri quidem interfuturus in quod me ipsum impenderam. Misereor accusatoris mei non quia perdidit filiam sed quia habuit. Dignus erat Callias tales habere quales redemit. Quodsi me in hanc stuprorum patientiam redemisti, matrimonio carcerem praefero. Honestius patri alligor quam adultero solvor. Ut audivi esse qui pecuniam numeraret, miratus sum fuisse in civitate nostra quemquam qui Cimonem redimere quam Miltiaden maluisset. Ego ne patrem quidem meum nisi innocens fuisset redemissem.

7 BLANDI. Obiciat licet vincula, numquam tamen efficiet ut non magis carcere glorier quam matrimonio. Diversi sunt hominum adfectus: tu fortasse, Callia, vincula non potes ferre; ego adulteram uxorem. Effugient ergo adulteri tamquam alligatas Cimonis manus?

ARGENTARI. Redemptum me protinus appellare coepit de filiae nuptiis. "Statim" inquam "Callias experitur an gratus sim." †Habes in Callias sine Cimone.† Pro una rogat, duos eripit.

FULVI SPARSI. Dic nunc: "ego te carceri exemi," 377M dum ego respondeam: "ego me carceri tradidi." Numquam effici poterit ut melius actum putem quod a Callia redemptus sum quam quod pro Miltiade alligatus. Filia tua abstulit tibi generum Cimonem. Ductus

### CONTROVERSIAE 9. 1.6-7

an opportunity to show it now; Miltiades requires a ransom.—Miltiades, I ransomed your body, myself destined not to be present even at the funeral on which I had spent—myself.—I pity my accuser, not for losing his daughter but for having ever had her. Callias deserved to have offspring like the man he ransomed.—But if it was to tolerate such outrages that you ransomed me, I prefer prison to marriage. It is more honourable for me to be imprisoned to the advantage of a father than to be freed to the advantage of an adulterer.—When I heard there was someone prepared to pay up, I was astonished that anyone in our country preferred ransoming Cimon rather than Miltiades.—I should not have ransomed even my father unless he had been innocent.

BLANDUS. He may make a reproach of my chains 7 —but he will never make me glory less in my imprisonment than in my marriage.—Men's feelings differ; *you*, Callias, perhaps, cannot stand being chained; *I* cannot stand an adulterous wife.—Shall adulterers, then, escape Cimon's hands, as though they were still bound?

ARGENTARIUS. As soon as I was ransomed, he started to make overtures about my marrying his daughter. I said to myself: "Callias is testing out right from the start whether I am grateful."...<sup>1</sup> —He is begging for the life of one—but the effect is to save two from death.

FULVIUS SPARSUS. Say now: "I got you out of prison"—so long as you let *me* reply: "I put myself in it." I shall never think I did better to be ransomed by Callias than to be imprisoned for Miltiades. —Your daughter has stolen from you the blessing of

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Text quite uncertain.

est pater meus in carcerem etiamnunc captivis suis plenum.

8 IUNI GALLIONIS. Beneficium, inquit, tibi dedi quod filiam tibi collocavi. Nunc vere, Miltiade, graviorem fortunam carcere sustines: Callias tecum (nepotes)<sup>1</sup> communicare dignatus est. Ego me redemptum putabam; filiae istius emptus sum. Steterunt ante oculos meos maiorum imagines emissusque sede sua Miltiades maiestate imperatoria refulsit et iterum meas invocavit manus.

IULI BASSI. Calliae filiam uxorem duxi: hanc tibi, pater, iniuriam feci, dum ingratus esse nolo. Placeas tibi licet et istas iactes divitias: tantidem tamen redemi patrem quanti a te redemptus sum.

9 DIVISIO. Latro in has quaestiones divisit: an non quisquis gratiam non rettulit cum posset ingrati teneatur. Multa, inquit, interveniunt propter quae non debeam facere etiamsi possum. Si non tenetur quisquis non rettulit gratiam cum posset, an hic teneatur. Hoc in haec divisit: an possit ob id damnari quod lege fecit; deinde: an facere debuerit; novissume: an, si adfectu et indignatione ablatus non fuit in sua potestate, ignoscendum illi sit. Hoc non 378M tamquam quaestionem sed, ut illi mos erat, pro

<sup>1</sup> Supplied by Gertz.

having Cimon as your son-in-law.—My father was taken to a prison which was still full of the prisoners he took.

JUNIUS GALLIO. "I did you a service in marrying 8 my daughter to you." Now indeed, Miltiades, you suffer a fate worse than prison: Callias has condescended to share his grandchildren with you.—I thought I had been bought off my imprisonment; I had been bought—for his daughter.—Before my eyes stood the ghosts of my ancestors; and there, emerging from his resting place, was Miltiades, ablaze in his glory as general, once again summoning my hands to his aid.

JULIUS BASSUS. I married Callias' daughter; this was the wrong I did you, father, through not wanting to be ungrateful.—You may feel pleased with yourself, you may boast of those riches of yours: but I ransomed my father for the same price <sup>1</sup> for which I was ransomed by you.

## Division

Latro divided into the following questions: Is 9 everyone who has failed to repay a service when able to repay it liable on a charge of ingratitude? "Many things crop up which mean I should not do it even if I can." If not everyone is culpable for failing to repay a service though he could, is this man? This he subdivided: Can he be condemned for something he did according to the law? Secondly, Ought he to have done it? Lastly: If he was not in control of himself as a result of emotion and anger, should he be forgiven? This Latro did not treat as a question, but, as usual with him,<sup>2</sup> as a piece of development or a

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cimon paid his own body; Callias paid the market price for Cimon.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cf. C. 2.3.15.

10 tractatione aut loco. Montanus Votienus quaestionem hanc adiecit: an gratiam rettulerit Cimon Calliae. Rettuli, inquit: filiam tuam uxorem (duxi),<sup>1</sup> filia tua Miltiadis nurus facta est. Non putas beneficium communes cum Miltiade nepotes?

Gallio illam quaestionem duram movit, sed diligenter executus est, quae solet esse in ingrati controversiis prima: an beneficium acceperit. Non erat, inquit, mihi poena in carcere esse: mea voluntate illo perveneram. Ita putas me libentius in cubiculo meo iacuisse? Nullus tunc erat locus Athenis honestior quam qui Miltiaden habuerat. Deinde et illam subiunxit quaestionem: an teneatur is qui beneficium accepit quod non petit. Non rogavi, inquit, te; dedisti istud iactationi tuae: putasti ad gloriam tuam pertinere. Ita tu non accepisses beneficium si tibi solvere Miltiaden contigisset?

11 Silo Pompeius a parte Calliae duo beneficia se dixit dedisse, quod redemisset et quod egenti filiam conlocasset. Hoc quod secundum posuit nemo alius pro beneficio inputavit, in quo adeo non est dubium an beneficium non dederit ut dubium sit an receperit.

Brutus Bruttedius illas praeterea quaestiones fecit: an, si sua causa fecit hoc Callias, ut redimeret, Cimoni sit beneficium. Beneficium enim est, inquit, quod totum eius causa praestatur in quem confertur. Ubi 379M aliquis ex eo aut sperat quid aut praeparat, non est beneficium, consilium est. Hoc diu executus est et commonplace. Votienus Montanus added this ques- 10 tion: Did Cimon repay Callias? "I did," he says. "I married your daughter, and your daughter became daughter-in-law of Miltiades. Don't you think it a benefit to have grandchildren in common with Miltiades?"

Gallio brought up a tricky question, though he worked it out carefully. It is one that is usually put first in *controversiae* concerning ingratitude: Did he receive a service? "It was no punishment for me to be in prison. I had come there at my own request. Do you imagine I took more pleasure in lying in my bedroom? There was at that time no place in Athens more honourable than that which Miltiades had occupied." Next he put the question: Is a man liable if he has received a service he did not seek? "I didn't ask you; you gave it—to serve your own

pride. You thought it would advance your prestige. Would you then have received no favour if you had had the luck to free Miltiades?"

Pompeius Silo, for Callias, said he had conferred 11 two benefits, ransoming Cimon and giving him his daughter's hand when he was poor. This second point no-one else claimed as a benefit. There is no question that he conferred no favour here—the question is whether he in fact received one.

Bruttedius Brutus produced these further questions: If Callias' ransoming of Cimon was done to serve his own interests, does it count as a service to Cimon? "A service is something that is done wholly for the sake of the man on whom it is conferred. When someone hopes or plans something from it, it is no service—it is a scheme." He de-

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Otto.

argumentis et exemplis. Deinde: an sua causa Callias fecerit. Voluisti, inquit, opinionem sordium inlustri facto effugere; petisti ex hoc aeternam memoriam. Non magis poterat ignotum esse a quo Cimon solutus esset quam pro quo alligatus. Voluisti habere generum nobilem, pium.

Hispo Romanius duram quaestionem fecit: an rettulerit gratiam hoc ipso, quod occidit. Liberavi te, inquit, summo dedecore; invito tibi beneficium dedi. Non est quod mireris; nam et tu me non rogantem redemisti. Hoc loco Verginios et illos patres qui filias vitiatas occiderunt, qui incluserunt.

12 Color et Gallioni et Latroni et Montano placuit ut nihil in Callian diceretur contumeliose, et redemptorem et socerum et infelicem. Cestius multa (ut)<sup>1</sup> in avarum et feneratorem et mensularium et lenonem dixit, dum vult illud probare, reddidisse se beneficium quod talem socerum habere sustinuisset.

Latro dixit: Filiam tuam dimittam? Quid adultero faciam? Pro una rogas, duos eripis. Hanc Hybreas aliter dixit sententiam:  $\sigma o \ \delta \epsilon$ ,  $\mu o \iota \chi \epsilon$ ,  $\tau i$  $\pi o \iota \eta \sigma \omega$ ;  $\mu \eta$  kal  $\sigma o \vartheta$  Ka $\lambda \lambda i a s \pi a \tau \eta \rho \epsilon \sigma \tau \iota \nu$ ; Haec tota diversa sententia est a priore, etiamsi ex eadem est petita materia.

Illa non est similis sed eadem quam dixit prior Adaeus, rhetor ex Asianis non proiecti nominis, veloped this for some time with arguments and examples. Then: *Did* Callias do it for his own sake? "You wanted to escape a reputation for mean birth by doing a glorious deed; you looked for eternal fame from it. One could no more be ignorant of the man who ransomed Cimon than of the man for whom Cimon was imprisoned. You wanted to have a sonin-law at once noble and loving."

Romanius Hispo posed a harsh question: Did he repay by his very killing? "I freed you from the height of disgrace; I did you a service against your will. You need not be surprised: *you* ransomed me without my asking you to." Here he brought in the Verginii, and fathers who have killed or imprisoned their violated daughters.

Gallio, Latro and Montanus favoured the *colour* of 12 saying nothing to insult Callias, who was Cimon's ransomer, his father-in-law and a man in trouble. Cestius had a lot to say against Callias, as being greedy, a usurer, a money-changer, a pimp; his intention was to prove Cimon had repaid his debt in tolerating a father-in-law like this.

Latro said: "Am I to let your daughter go? What am I to do with her lover? You are begging for the life of one—but getting two off."<sup>1</sup> Hybreas put this epigram differently: "What shall I do with you, adulterer? Surely Callias isn't *your* father too?" This epigram is totally different from the earlier one, even though it is taken from the same material.

Another one, as spoken first by Adaeus, an Asian rhetorician of no little repute, and then by Arellius

<sup>1</sup> Cf. above, §7.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied here by the editor,

deinde Arellius Fuscus :  $\dot{a}_{\chi}\dot{a}_{\rho\iota\sigma\tau\delta\varsigma\sigma\iota}\delta_{\sigma\kappa\omega}$ , Ka $\lambda\lambda\dot{\iota}a_{J}$  380M 13 ούκ οίδας που μοι την χάριν έδωκας; Hanc sic mutavit Arellius Fuscus: non dices me, Callia, ingratum: unde redemeris cogita. Memini deinde Fuscum, cum haec Adaei sententia obiceretur, non infitiari transtulisse se eam in Latinum; et aiebat non commendationis id se aut furti, sed exercitationis causa facere. Do, inquit, operam ut cum optimis sententiis certem, nec illas corrumpere conor sed vincere. Multa oratores, historici, poetae Romani a Graecis dicta non subripuerunt sed provocaverunt.<sup>1</sup> Tunc deinde rettulit aliquam Thucydidis sententiam: Serval γὰρ αί εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ έκάστων άμαρτήματα, deinde Sallustianam: res secundae mire sunt vitiis obtentui. Cum sit praecipua in Thucydide virtus brevitas, hac eum Sallustius vicit et in suis illum castris cecidit; nam in sententia Graeca tam brevi habes quae salvo sensu detrahas: deme vel συγκρύψαι vel συσκιάσαι, deme έκάστων: constabit sensus, etiamsi non aeque comptus, aeque tamen integer. At ex Sallusti sententia nihil demi sine detrimento sensus potest.

14 T. autem Livius tam iniquus Sallustio fuit ut hanc

 $^{1}$  This sentence appears only in E: it was placed here by Castiglioni.

 $^{2}$  For translation practice see Quintilian 10.5.2 seq., with Peterson's notes.

<sup>3</sup> In fact taken from a much less concise writer, the unknown

Fuscus, is not merely similar but just the same: "Do you think me ungrateful, Callias? Don't you know where I was <sup>1</sup> when you rendered me your service?" Arellius Fuscus' version was: "You will not call me 13 ungrateful, Callias: reflect where you ransomed me from." I remember that afterwards Fuscus, when challenged with this epigram of Adaeus', did not deny that he had translated it into Latin; he said he did so not to win credit for it or as a plagiarism but for practice.<sup>2</sup> "I strive to rival the best epigrams; I don't try to spoil them but to beat them. Roman orators, historians and poets have not stolen but vied with many sayings of the Greeks." Then he quoted an epigram of Thucydides': "Success is wonderfully good at hiding and shading over everybody's faults,"'3 followed by Sallust's version: "Success is a wonderful screen for vice."<sup>4</sup> Thucydides' primary virtue is brevity, but Sallust has beaten him at it and defeated him on his own ground. The Greek epigram is certainly short, but there are words one can remove without harm to the sense; take out "hiding" or " shading," <sup>5</sup> take out " everybody's "—and the sense will remain, not perhaps so pretty, but equally complete. But from Sallust's epigram nothing can be removed without spoiling the sense.

Livy, however, was unjust enough to Sallust to 14

 $<sup>^1</sup>$  In a glorious place: cf. above, §10 '' There was at that time . . .'' and §15 Dorion.

author of the pseudo-Demosthenes in Ep. Phil. 13, drawn from the genuine Ol. 2.20. See D. Guilbert, Les études classiques 25 (1957), 296-9.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Hist. 1.55.24 Maurenbrecher.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> Indeed, Demosthenes himself only had "hiding": "shading" is the addition of his imitator. As to "everybody's," ps.-Demosthenes gave "of men," Demosthenes "such."

ipsam sententiam et tamquam translatam et tamquam corruptam dum transfertur obiceret Sallustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat, sed laudat 381M quem non timet et facilius putat posse a se Sallustium vinci si ante a Thucydide vincatur.

Cestius colorem pro Callia hunc habuit: obiecit ultro Cimoni quod passus esset uxorem suam adulteram fieri, quod non custodisset, quod expectasset dum superveniret pater ut spectator calamitatis suae fieret. Iam, inquit, etiamsi dimiseris, ingratus es. Ego non expectaveram dum rogarer.

15 Hispo Romanius hunc colorem secutus est: dixit adulescentem tumidum et nobilitatis suae cogitatione insolentem invisa habuisse beneficia sua, moleste ferentem socerum suum dici Callian; itaque omnem operam dedisse ut mores puellae in vitia non tantum labi pateretur sed ipse impelleret, ut haberet iustam dimittendi causam. Nanctum occasionem non intermisisse, expectasse tamen dum superveniret pater. Hoc secum cogitasse: expectat me; vult mecum pares rationes facere. Fecisset, si non ostendisset patri adulteram filiam.

#### CONTROVERSIAE 9. 1.14-15

criticise him both for translating the epigram and for spoiling it in translation. He doesn't prefer Thucydides out of any love for him; he is praising someone he does not fear, and thinks he may the more easily overcome Sallust if Thucydides overcomes him first.<sup>1</sup>

Cestius had this *colour* for Callias. Going on the offensive, he accused Cimon of having allowed his wife to be seduced, of not having guarded her, of having waited till the father should come on the scene to be spectator of his own disaster. "You are ungrateful already <sup>2</sup> even if you let her go. I did not wait to be asked."

Romanius Hispo pursued the following *colour*: he 15 said the youth was boastful and arrogant in the consciousness of his noble birth. He had loathed the favour done him, and was aggrieved that Callias should be called his father-in-law. So he had made every effort not only to allow the girl's morals to go astray but even to give them a push, so as to have a legitimate excuse for getting rid of her. He had got his opportunity, and he had not wasted it, though he had waited till the father came in. His <sup>3</sup> reflections were: "He is waiting for me; he wants to level accounts with me." "And he would have levelled them if he had not shown her father his daughter in adultery."<sup>4</sup>

<sup>3</sup> The father's, on entering the bedroom.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> See R. Syme, *Sallust* (Cambridge, 1964), 289. Sallust's Thucydidean tendencies were well-known; Livy wanted history to be more expansive (cf. the contrast in Quintilian 2.5.19).

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> i.e. now that I have had to ask you to spare her: I released you without being asked. Callias is represented as speaking before the killing of the girl.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Thereby tipping the scales against Cimon. Otherwise Callias' service (so much resented by Cimon) and Cimon's killing of the daughter would have exactly balanced. Now Callias is "one up." This sentence is perhaps a quotation from Hispo's declamation or a comment of Seneca's; probably not part of Callias' reflections.

Gargonius in hac controversia foedo genere cacozeliae usus dixit: istud publicum adulterium est, sub Miltiadis trophaeis concumbere.

Dorion, cum descripsisset gloriae sibi fuisse carcerem, numquam non se illam fortunam ostentasse, dixit:  $\delta \tau \epsilon \epsilon l \sigma \hat{\eta} \lambda \theta \epsilon \nu Ka \lambda \lambda l a s, \tau \dot{a} s \pi \epsilon \delta a s \dot{a} \pi \epsilon \kappa \dot{a} \lambda \upsilon \psi a$ .

Hybreas dixit: συγγνώμην ἔχε μοι . . .

#### Π

382M

FLAMININUS IN CENA REUM PUNIENS

Maiestatis laesae sit actio.

Flamininus proconsul inter cenam a meretrice rogatus, quae aiebat se numquam vidisse hominem decollari, unum ex damnatis occidit. Accusatur laesae maiestatis.

1 MENTONIS. Iam etiam perituri dormiebant. Peragitur totus ordo supplici, ne quid se meretrix negaret vidisse. O miserum, si quis meretricem offendit! o miseram matrem familiae, si quoius formae meretrix invidet! Nihil petenti praetor negaturus est.

#### CONTROVERSIAE 9. 1.15-2.1

Gargonius in this *controversia* showed a disgusting type of bad taste in saying: "This is an adultery against the state, to have sex under the trophies of Miltiades."

Dorion, having described how prison had been a boast to Cimon, and how he had always shown off about his fortune in that respect, said: "When Callias came in, I uncovered my chains."

Hybreas said: "Pardon me. . . ."

#### $\mathbf{2}$

How Flamininus Executed a Criminal at Dinner

An action shall lie for *lèse-majesté*.<sup>1</sup>

Flamininus, when proconsul, was once asked a favour by a whore while dining. She said she had never seen a man's head being cut off. He had a condemned criminal killed.<sup>2</sup> He is accused of *lèse-majesté*.

#### Against Flamininus

MENTO. By now even the men in the death cell 1 were asleep.—The whole routine of execution is gone through, so that the whore could not say she had not seen it all.—I pity anyone who offends the whore! I pity any wife whose beauty the whore envies! The praetor will deny her nothing she asks for.<sup>3</sup>

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> For the Roman view of *maiestas*, see Bonner, 108–9.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Two versions are given of the escapade of L. Quinctius Flamininus in Livy 39.42-3. Livy believes the account of Cato, who inveighed against Flamininus in 184 B.C., and is scornful of the "fabula sine auctore edita" put about by Valerius Antias. The declamation follows Valerius (as do Cic. Sen. 42, Val. Max. 2.9.3); Livy, rejecting him, took the opportunity for some declamation of his own ("inter pocula

atque epulas, ubi libare diis dapes, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis, in sinu consulis recubantis, mactatam humanam victimam esse et cruore mensam respersam! ").

 $<sup>^{3}</sup>$  She might have a rival beauty accused: cf. §2 '' An accuser was ready . . .''

MUSAE. Hic est Flamininus qui exiturus in provinciam uxorem a porta dimisit.

ARGENTARI. Obicio luxuriam, obicio histrioniam,  $\langle obicio \rangle^1$  iocos: an vos [revixerunt]<sup>2</sup> in convivio nihil aliud nisi occiditis? Qui in carcere vixerunt in convivio perierunt.

2 BLANDI. Feriatur in foro; omnes videant, meretrix audiat. Reliquiae praetoris unco trahebantur. Maiestatem laesam dixissem si exeunti tibi lictor a conspectu meretricem non summovisset.

VIBI RUFI. Paratus erat accusator cum commentariis, aiebat, si quid meretrix desiderabat.<sup>3</sup> In hoc tecum uxorem non misimus? Ut salva provincia sit, optemus meretrici bonam mentem? Dedimus tibi legatum, dedimus quaestorem, ut tu 383M cum meretrice cenares? Meretrix uxoris loco accubuit, immo praetoris.

3 P. ASPRENATIS. Uni fortasse osculo donavit homicidium. Etiam carnifices cenaturi manus abluunt.

PORCI LATRONIS. Ne a sobrio quidem lictore percussus est. Non inquiro in totum annum: una nocte contentus sum. "Bibe, lictor, ut fortius ferias." Ecquid intellegitis quemadmodum damnatus sit

<sup>1</sup> Supplied by Otto.

<sup>2</sup> Deleted by Kiessling.

<sup>3</sup> desiderabat Gronovius: -erarit. Perhaps desideraret (so Warmington).

# CONTROVERSIAE 9. 2.1-3

MUSA. This is the Flamininus who, when going out to his province, took leave of his wife at the city gate.

ARGENTARIUS. I accuse him of debauchery, of play-acting, of buffoonery: or does your sort do nothing at your supper-parties except kill?—Those who survived in a cell died at a dinner.

BLANDUS. Let him be struck down in the forum: 2 let everyone see it—and the whore *hear* of it.—What the praetor <sup>1</sup> left was dragged away on the hook.<sup>2</sup>—I should have called it *lèse-majesté* if the lictor <sup>3</sup> had failed to get a whore out of your sight as you left.

VIBIUS RUFUS. An accuser was ready with his notebook, he used to say, should the whore have any requirements.—Was it for this we did not send your wife with you?<sup>4</sup>—To make sure the province is unharmed, must we pray for the good intentions of—a whore?—Did we give you a legate, a quaestor, so that you could dine with—a whore?—A whore reclined in the wife's place—or rather, in the praetor's.<sup>5</sup>

PUBLIUS ASPRENAS. He gave her a murder—in 3 return, maybe, for a single kiss.—Even executioners wash their hands before dinner.<sup>6</sup>

PORCIUS LATRO. It wasn't even a sober lictor who struck the blow.—I do not enquire into the whole year: one night gives me enough scope.—" Drink, lictor: you will strike the more bravely."—Can't you realise how someone killed in this fashion must have

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> He was in fact proconsul, as the theme states; but there are parallels for the usage. *reliquiae* in the context of a meal would normally mean "left-overs."

 $<sup>^{\</sup>rm 2}$  Used to dispose of the executed (see Mayor on Juv. 10.66).

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Cf. C. 1.2.3 n.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> For this practice cf. above, §1 Musa, and Tac. Ann. 3.33.2 with Furneaux's note.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> i.e. she took his decisions for him.

<sup>&</sup>lt;sup>6</sup> And don't expect to dirty them during it.

qui sic occisus est? Qui scio an, in cuius gratiam occisus est, in eiusdem etiam damnatus sit? Quantum tibi populus Romanus dederat, tantum tu meretrici dedisti. Si negaret, quos testes haberem? Quis enim in illo convivio fuit quoi esset credendum? Facilius est ut qui alia meretrici dederit homicidium neget quam ut qui hoc quoque dederit quicquam.  $\langle$  "Numquam $\rangle^1$  vidi." Nimirum numquam istud mulierum oculis ostendi solet, aut ista iam saepe vidisset.

4 IULI BASSI. Inter temulentas reliquias sumptuosissimae cenae et fastidiosos ob ebrietatem cibos modo excisum humanum caput fertur; inter purgamenta et iactus cenantium et sparsam in convivio scobem humanus sanguis everritur. Gratulor sorti tuae, provincia, quod desiderante tale spectaculum meretrice plenum carcerem damnatis habuisti. Servum si verberari voluisses, extra convivium abduxisses.

ROMANI HISPONIS. Quis ferret te si in triclinio tuo iudicium coegisses? Scelus est in convivio 384M damnare hominem: quid occidere? Ad arbitrium meretricis de reis pronuntiasti: nisi forte facilius in honorem eius decollas quam iudicas.

5 FULVI SPARSI. Contactam sanguine humano mensam loquor, strictas in triclinio secures: quis credat ista aut concupisse meretricem aut fecisse praetorem? Cadaver, secures, sanguinem loquor: quis inter haec de got condemned?—Maybe he was condemned to please the same person he was killed to please.— Everything you had been granted by the Roman people you granted to a whore.—If he denied it, what witnesses should I have? Who was there at that party that one could trust?—It is easier for a man who has given other things to a whore to deny her a killing than for a man who has given even a killing to deny her anything at all.—" I have never seen . . ." This is something not usually placed before a woman's eyes—otherwise *she* would have seen it often.

JULIUS BASSUS. Amid the sodden remains of a 4 lavish feast,<sup>1</sup> amid food that drunkenness rejected, they carry the head of a man, newly lopped off. Together with the filth and litter of the diners, together with the sawdust scattered during the banquet, is swept up human blood.—I congratulate you on your luck, province: when a whore felt in need of such a spectacle, you had your prison full of condemned prisoners.<sup>2</sup>—If you had wanted a slave flogged, you would have had him taken outside the dining room.

ROMANIUS HISPO. Who would tolerate your behaviour if you had held a trial in your dining-room? It is a crime to condemn a man at a party—how much worse to kill?—It was at the whim of a whore that you pronounced sentence on accused men, unless you are readier to behead men for her sake than to judge them.

FULVIUS SPARSUS. I have to tell of a table defiled 5 with human blood, of axes bared in a dining-room: who would believe that a whore wanted such things or that a praetor did them? I have to tell of a body,

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Thomas.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Roman speakers enjoyed descriptions of debauched feasts: a notable example from Caelius appears in Quintilian 4.2.123-4.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Otherwise an innocent man would have had to serve.

convivio cogitat? "Hominem "inquit" occidi numquam vidi." Quid?<sup>1</sup> Flaminino praetore omnia alia vidisti?

SILONIS POMPEI. Virum nobilissimum et tantis honoribus functum turpiter meretrix clementem fecisset: crudelem fecit. "Numquam vidi"; adice, si vis: "nec alio praetore videre potero."

- ALBUCI SILI. Si quis autem est, iudices, qui 6 desideret ut praetoris referam crudelitatem, quot praeter hunc iugulaverit, quot innoxios damnaverit, quot carcere incluserit, huic ego me satis facturum esse polliceor: uno convivio cum sua praetura reum evolvam. Instituuntur ab isto in provincia epulae et magnifico apparatu exstruitur convivium; distinguuntur argenteis poculis aurea. Quid multa, iudices? convivii eius apparatum sensit provincia. Extrahitur quidam e carcere in convivium praetoris, cui stupenti misero meretrix arridet. Interim virgae promuntur et victuma crudelitatis ante mensam ac deos trucidatur. Me miserum, imperi Romani terrore lusisti. 7 O qui crudelitate omnis superasti tyrannos! soli tibi inter epulas voluptati est morientium gemitus: hic ultimus apparatus cenae fuit. In eodem tri- 385M
- clinio video praetorem amatorem, scortum avidum caedis; et<sup>2</sup> meretrix praetori, praetor provinciae imperat.<sup>3</sup> Constituitur catenatus, qui, cum languentis praetoris istius aspexit oculos, existimans ipsum praetoris beneficio dimitti, gratias isti agens

axes, blood: who can think of a feast amidst all this? -" I have never seen a man killed." Did you then see everything else under the magistracy of Flamininus?

POMPEIUS SILO. It would have been shameful for a whore to make a fine nobleman-one who had held such high office-lenient: she made him cruel.-" I have never seen . . ." Go on to say, please: "and I shan't be able to see it when someone else is praetor."

ALBUCIUS SILUS. But if anyone, judges, wants me 6 to tell of the praetor's cruelty, how many besides this man he slaughtered, how many innocent men he condemned, how many he shut up in prison, I promise that I shall satisfy such an enquirer: in one party I shall unroll the story of the accused and his praetorship.—In his province he organises a banquet. The feast is lavishly arranged with splendid appointments; silver cups are set off by gold ones. What more need I say, judges? The province felt the preparation of that banquet, to its cost.—A man is hauled from the prison and taken to the praetor's party; the whore smiles on the poor dazed wretch. Rods are produced, and the victim of sadism is slaughtered before the table and before the gods. Alas, you have made a game out of the terror inspired by the empire of Rome. In sadistic practices you have surpassed 7 every tyrant! You alone find pleasure at dinner in the groans of the dying; this was the final touch to the feast.-I see reclining together the love-sick praetor, and a whore greedy for a death; the whore rules the praetor, the praetor the province.-They place there a man in chains; seeing the drooping eyes of that practor, and thinking that he is being released

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> quid ed.: alio quid AB: alio quem V. <sup>2</sup> scortum avidum caedis; et Brzoska: scorta c(a)edis set (or sed) BV: scorta uidisset A. The text is very doubtful.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> imperat Bursian: imperato AB: imperat in conuiuio V.

et utrisque manibus mensam tenens "di tibi" inquit "immortales parem gratiam referant." Quicumque in eodem accubabant triclinio, alius ubertim demisso capite flebat, alius avertebat ab illa crudelitate oculos, alius ridebat, quo gratior esset meretrici.

- 8 Hic iste inter varios convivarum vultus submoveri iubet et miserum stare ad praebendas cervices immotum: interim distinguitur mora poculis. Ne sobri quidem carnificis manu civis Romanus occisus est. Non veto quominus securi percutiatur: illud rogo, *legi potius quam scorto cadat*. Memento terrorem imperio quaeri, non oblectamenta mulierculis. Quid ego nunc referam, iudices, ludorum genera, saltationes, et illud dedecoris certamen, praetorne se mollius moveret an meretrix?
- 9 CAPITONIS. Exsurgite nunc Bruti, Horatii, Decii et cetera imperi decora: vestri fasces, vestrae secures in quantum, pro bone Iuppiter, dedecus recciderunt! istis obscenae puellae iocantur. Quid? si, per deos inmortales, nullo sollemni die populo inspectante in foro convivium habuisses, non minuisses maiestatem imperii nostri? Atqui quid interest convivium in forum an forum in convivium attrahas? 386M
- 10 Deinde descripsit quanto aliter<sup>1</sup> in foro decolletur. Ascendit praetor tribunal inspectante pro-

<sup>1</sup> quanto aliter C. F. W. Müller: qualiter.

by his favour, he thanks him. Holding the table in both hands, he says: "May the immortal gods re-pay you the like!"—Of those who sat in the same room, one wept floods of tears with bowed head, another averted his eyes from the cruel sight, a third laughed-to keep in with the whore. Here, amid 8 these different expressions on the faces of the guests, the praetor orders room to be made, orders the wretched man to stand quietly and offer his neck to the blow. Meanwhile the pause is marked by cups of wine. A Roman citizen was killed-and by the hand of an executioner who was not even sober.-I don't say that he should not be struck by the axe; but I do ask that he fall victim to the law rather than a prostitute.-Remember that the aim of your power is terror, not diversions for frivolous women.-Why, judges, should I tell you now of their various amusements, their dances, their contest in shame to see whether the praetor or the whore capered more indecently?

CAPITO. Arise now, you Brutuses, Horatii, Decii, 9 and all the other glorious names of our empire. To what disgraceful depths, by heaven, have sunk your rods, your axes! Obscene girls make jest with *these*.<sup>1</sup> —If, by God, you had held a feast in the forum, with the people watching, on a working day, would you not have detracted from the majesty of our empire? Yet what is the difference between taking a feast into the forum and the forum into a feast?

Capito went on to describe how different is the 10 manner of beheading in the forum.<sup>2</sup> "The praetor

 $^{2}$  Cicero makes play with the horror of such a scene in Rab. Perd. 11 seq.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The speaker pretends to point to the *fasces*, that would, in a real court, accompany the praetor.

vincia; noxio post terga deligantur manus, stat intento ac tristi omnium vultu; fit a praecone silentium; adhibentur deinde legituma verba; canitur ex altera parte classicum. Numquid vobis videor describere convivales iocos? Heu quam dissimiles exitus initiis habes! Accusavit te eques Romanus, iudicaverunt equites Romani, praetor damnatum pronuntiavit, occidit meretrix.

BUTEONIS. Ut iste cum amica cenaret iucundius 11 homo occisus est. Numquid, iudices, [quod]<sup>1</sup> pro rostris vidistis praetorem cum meretrice cenantem?

VOTIENI MONTANI. Qui sic convivatur quomodo irascitur? Damnaturi iurant nihil se gratiae, nihil precibus dare: postulo ut in hanc legem iures. Maiestas populi Romani per omnes nationes, per omnis diffusa provincias, in sinu meretricum iacet; ea imperat praetori nostro quae prostitit, cuius osculo nemo se abstinuit nisi qui pepercit suo. Convivas tuos ipse narra: fuere, credo, tribuni, fuere praefecti, fuere equites Romani: †cum his ergo praetor. †<sup>2</sup>

12 CASSI SEVERI. Ne de servo quidem aut captivo

ascends the tribunal, beneath the gaze of the province. The guilty man's hands are tied behind his back; he stands there, as all look intently and grimly on. Silence is enforced by the herald. Then the ritual words are pronounced.<sup>1</sup> The trumpet sounds from the other side. Is this, do you think, the description of a dinner-table jest?"—How different your beginning from your end! You were accused by a Roman knight, judged by Roman knights,<sup>2</sup> pronounced guilty by a praetor: killed by a whore.

BUTEO. Someone was killed—so that this man 11 could have a nicer dinner with his girl-friend.—Have you, judges, seen a praetor dining with a whore on the rostrum ? 3

VOTIENUS MONTANUS. If he is like this at a party, what is he like when he is angry?-Judges about to pass sentence swear they are conceding nothing to bias or to entreaty:<sup>4</sup> I demand that you swear by this law.-The majesty of the Roman empire, spread through all nations and all provinces, lies in the lap of whores; the ruler of our praetor is a common prostitute, whose lips no-one has scrupled to enjoy-unless he shrank from polluting his own.-Tell us yourself about your guests; they were, I feel sure, tribunes, prefects,<sup>5</sup> Roman knights. . . .

CASSIUS SEVERUS. Not even a slave or a captive 12

<sup>2</sup> Presumably members of the governor's consilium.
 <sup>3</sup> Platform for public speeches in the forum at Rome.

<sup>4</sup> For the pledge taken by the judge see A. H. J. Greenidge, The Legal Procedure of Cicero's Time (Oxford, 1901), 270.

<sup>5</sup> A title conferred by governors on friends among their staff: see Caesar B.G. 1.39.2, and G. H. Stevenson, Roman Provincial Administration (Blackwell, 1939), 87.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> iudices Novák: iudi (or uidi) quod. <sup>2</sup> "with these then the practor . . ."

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. below on §21.

omni loco aut omni genere aut per quos libebit aut 387M cum libebit supplicium sumi fas est, adhibeturque ad ea magistratus ob custodiam, non ob laetitiam.

TRIARI. Quo crimine damnatus erat? caedis. Non tamen in convivio occiderat. Animadverte diligenter, meretrix, ne iterum homicidium roges.

- 13 Montanus Votienus has putabat quaestiones esse: an quidquid <sup>1</sup> in magistratu peccavit proconsul vindicari possit maiestatis lege. Reus enim qui tueri se facto non potest, ad ius confugit, et dicit hac se lege non<sup>2</sup> teneri. Non quidquid peccavit aliquis in magistratu maiestatem laedit. Puta aliquem dum magistratus est patrem suum occidere, veneno uxorem suam necare: puto, non hac lege causam dicet, sed aliis, parricidii et veneficii. Vis scire non a quo fiat ad rem pertinere sed quid fiat? Privatus potest accusari maiestatis laesae, si quid fecit quo maiestatem populi Romani laederet. Puta, amicam habet proconsul: ideo maiestatis damnabitur? Quod amplius est dico: puta, matronam corrumpit dum proconsul est: adulterii causam dicet, non maiestatis. 14 Singula, inquit, aestima quae obicis. Si tantum amicam habuisset, numquid accusares? Si animadvertisset in aliquem nullo rogante, numquid accusari posset? Si non omne non recte factum hac
  - <sup>1</sup> quidquid *Faber*: quid quis.
  - <sup>2</sup> lege non early editors: non lege.

246

may properly be executed just anywhere or in any way or by whom or at what time you like. If a magistrate is made to attend, it is to oversee it, not to amuse himself.

TRIARIUS. What charge had he been convicted on? Murder. But he hadn't murdered at a party. Beware, whore, of asking a second time for the death of a man.<sup>1</sup>

Votienus Montanus thought the questions were as 13 follows: Can any crime committed by a proconsul during his magistracy be punished under the law concerning lèse-majesté? For a defendant who cannot defend himself by appeal to the facts has resort to legal points, saving he is not subject to the law in question.<sup>2</sup> "Not every wrong done by someone during his magistracy harms the majesty of the state.<sup>3</sup> Suppose someone kills his father or poisons his wife during his term of office; he will, surely, plead his cause not under this law, but under others, those on parricide and poisoning. If you want to convince yourself that what matters is not the author of the crime but the crime itself, observe that a private citizen may be accused of lèse-majesté, if he has done something to harm the majesty of the Roman people. Suppose that a proconsul has a girlfriend: will he then be condemned for lèse-majesté? Suppose, further, that he seduces a married woman during his proconsulship. He will plead on a charge of adultery, not of lèse-majesté. Weigh the charges 14 you bring individually. If he had merely had a girlfriend, you wouldn't, surely, accuse him? If he had executed a man without anyone requesting it, there could surely be no charge against him." If not every

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The next victim might be the guilty proconsul.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> This is called *tralatio*, "transference": cf. Quintilian 3.6.68 seq., 83.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> As Bonner, 109 points out, Montanus exploits the vagueness of the concept of *maiestas*: cf. Cic. *de Orat.* 2.107 for a case that hinged on the meaning of the word.

lege vindicari potest, an id quod sub auctoritate 388M publica geritur. Nam cum adulterium committit, cum veneficium, tamquam civis peccat; cum animadvertit, auctoritate publica utitur, *in eo* autem *quod sub praetexto publicae maiestatis agitur, quidquid peccatur maiestatis actione vindicandum est.* Dic enim mihi, si, cum animadvertere debeat [non]<sup>1</sup> legitimo cultu ac more sollemni usus, interdiu tribunal conscenderit convivali veste, si, cum classicum canere debeat, symphoniam canere iusserit, non laedet maiestatem? Atqui quod fecit foedius est: et comparavit.

15 Deinde, si potest vindicari maiestatis lege id quod proconsul maiestatis publicae et iure et apparatu usus <sup>2</sup> peccavit, an hoc possit. Non potest, inquit; nihil enim detractum est populi Romani magnitudini. Is laedit populi Romani maiestatem qui aliquid publico nomine facit: tamquam legatus falsa mandata adfert, sic audiuntur tamquam illa populus Romanus dederit; imperator foedus percussit, videtur populus Romanus percussisse et continetur indigno foedere. Nunc nec viribus quicquam populi Romani detractum est nec opinioni;

#### CONTROVERSIAE 9. 2.14–15

illegal action can be punished under this law, can an action which is done on public authority? "When he commits an adultery, a poisoning, he sins as a private citizen. When he executes a man, he is exercising public authority. But any wrong done under the show of public authority is to be punished by an action for *lèse-majesté*. Tell me: if, when he ought to carry out sentences of death in the prescribed dress and according to the ritual, he ascends the tribunal by day in a dinner suit: if, when the trumpet ought to sound, he orders a band to strike up: will he not be harming the majesty of the Roman people? Yet what he did do is even more foul." And he proceeded to make a comparison.

Next: If the law of *lèse-majesté* can cover a wrong 15 done by a proconsul in the exercise of the rights of the state and employing its paraphernalia, does it cover this case? "It does not. For there has been no detraction from the greatness of the Roman people. The majesty of the Roman people is harmed by someone when he acts in the name of the state. Suppose an ambassador brings forged instructions, they get listened to as though the Roman people had sent them. Suppose a general has negotiated a treaty; the Roman people is thought to have made it, and is held to it even if it is degrading.<sup>1</sup> In the present case, neither the power nor the prestige of the Roman people has suffered any loss; if he did anything, it is marked up against the man, not the

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Deleted by Gertz.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> apparatu usus *Madvig*: apparatus est.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Supplied by Gertz.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Bonner cites the case of C. Popilius Laenas, accused of *maiestas* for entering into an improper treaty (ad Her. 1.25, with Kayser's note).

fecit, non populo Romano. At ex te ceteros aestimant. Non: nam et ante hunc alii fuerunt ex quibus aestimari 389M possit et post hunc erunt; et singulorum vitia nemo

- 16 urbibus adscribit. Attamen factum ipsum turpe est. Sed (et)<sup>1</sup> multa alia, nec ideo illis maiestas laeditur. Nemo paene sinc vitio est: ille iracundus est, ille libidinosus; non tamen, si quid in aliquo mutatum malis, eo statim maiestas laeditur. Deinde ad facti ipsius aestimationem venit et dixit haec obici, quod meretricem habuit, quod aliquem in domo occidit, quod nocte, quod in convivio, quod rogante meretrice.
- 17 Silo Pompeius has adiecit quaestiones: an, si quod facere ei licuit fecit, non possit maiestatis lege accusari. Potest, inquit; haec enim lex quid oporteat quaerit, aliae quid liceat. Licet ire in lupanar; si praecedentibus fascibus praetor deducetur in lupanar, maiestatem laedet, etiamsi<sup>2</sup> quod licet fecerit. Licet qua quis velit veste uti; si praetor ius in veste servili vel muliebri dixerit, violabit maiestatem. Deinde illam fecit quaestionem: an hoc facere ei licuerit. Non licuit, inquit, illo loco aut illo tempore aut ex illa causa occidere. Quaedam quae licent tempore et loco mutato non licent.
- 18 De colore [inquit]<sup>3</sup> quaeritur quo uti debeat is qui pro Flaminino dicit. Quaedam controversiae sunt in quibus factum defendi potest, excusari non potest; ex quibus est et haec. Non possumus efficere ut (reus)<sup>4</sup>
  - <sup>1</sup> Supplied by Kiessling.
  - <sup>2</sup> etiamsi Müller: et.
  - <sup>3</sup> Deleted by Müller.
  - <sup>4</sup> Supplied by Gertz.

### CONTROVERSIAE 9. 2.15-18

Roman people. 'But they judge other Romans from you.' No: for there have been others, before this man, from whom assessment may be made; and after him there will be still more. And no-one ascribes to cities the faults of individuals. 'But the act itself is 16 disgraceful.' Yes, but so are many others, without necessarily impairing the majesty of the state. Almost no-one is faultless; one man is choleric, another lustful; just because you might prefer a man to be in some respect different from what he is, majesty is not thereby necessarily harmed." Then he came to assess the actual act. He said the charges were: keeping a whore, and killing someone indoors, at night, at a party, at the request of the whore.

Pompeius Silo added these questions: If he did 17 something he had the right to do, can he be accused under the law on *lèse-majesté*? "Yes; this law is concerned with what *should* be done, others with what is allowed. One is allowed to go into a brothel; but if a praetor, preceded by his axes, is escorted into a brothel, he will be harming majesty even though he is doing something he is allowed to do. One is allowed to wear what dress one likes; but if a praetor acts as judge in the clothing of a slave or a woman, he will be impairing majesty." Next he put the question: *Was* he allowed to do this? "No, he was not allowed to kill in that place, at that time, for that reason. Some things that are permissible become impermissible if time and place alter."

What *colour* should be used in defence of Flamin-18 inus? Some *controversiae*—and this is one—allow defence of an act but not excuse for it. We cannot stop the accused from being censured because of this;

propter hoc non sit reprehendendus; non speramus 390M ut illum iudex probet sed ut dimittat; itaque sic agere debemus tamquam pro facto non emendato, non scelerato tamen. Itaque negabat se pro Flaminino narraturum Montanus, sed iis quae obiciuntur responsurum. 19 Aiebat autem illam sententiam Rufi Vibii colorem actionis esse: bonum se animum habere pro reo in quo libido omnis intra meretricem esset, crudelitas intra carcerem. Ipse Montanus illum locum pulcherrime tractavit, quam multa populus Romanus in suis imperatoribus tulerit: in Gurgite luxuriam, in Manlio inpotentiam, cui non nocuit et filium et victorem occidere, in Sulla crudelitatem, in Lucullo luxuriam, in multis avaritiam. (In hoc),<sup>1</sup> inquit, praetore, cum illi constiterit abstinentia, diligentia, ne excutiatis quomodo una nocte cenaverit. Utrum tamen, inquit, iniquius est? [quod]<sup>2</sup> obiciunt quod damnatus perierit meretrici, postulant proconsulem perire damnato.

20 Colorem Fuscus Arellius hunc introduxit: ebrium fuisse nec scisse quid fecerit. Silo Pompeius hoc colore usus est: non putavit, inquit, in rem pertinere ubi aut quando periret qui perire deberet. Triarius ineptum introduxit colorem: Sermo erat, inquit, in convivio contemni nimiam praetoris lenitatem; alios fuisse proconsules, qui cotidie animadverterent,

our hope is not that the judge will approve of him but that he will acquit him. Therefore we must plead as for an act which is not wicked but not faultless. Hence Montanus said he would not give a narration on behalf of Flamininus, but would merely reply to the charges. He did say, however, that a colour for the 19 case was provided by a mot of Vibius Rufus-that he felt confident for an accused person whose lust was confined to a whore and whose cruelty to a prison. Montanus himself dealt splendidly with the topic of how much the Roman people have tolerated in their generals-in Gurges luxury, in Manlius lack of selfcontrol (Manlius was not harmed by killing his victorious son 1), in Sulla cruelty,<sup>2</sup> in Lucullus luxury,<sup>3</sup> in many avarice. " As to this praetor-since he undoubtedly possessed restraint and diligence-do not examine how he dined on one single night. But the charge is the death of a condemned criminal for the sake of a whore; what is demanded is the death of a praetor for the sake of a condemned criminal. Which is more unfair?"

Arellius Fuscus introduced this *colour*: he had been 20 drunk, and hadn't known what he was doing. Pompeius Silo used this one: he didn't think it mattered where or when a man doomed to die did in fact die. Triarius brought in a silly *colour*: there was a conversation at the party about the scorn felt for the praetor's excessive leniency;<sup>4</sup> other proconsuls had -carried out executions every day, while in this one's

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Gertz.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Deleted by Faber.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. C. 10.3.8.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Compare Sen. Clem. 1.12.1-2; Lucan 2.139-232.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Lucullus' luxurious life was notorious: see e.g. Vell. Pat. 2.33.4.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Valerius Antias' version was that the practor was boasting of his severity.

huius anno nullum esse occisum. Dixit aliquis ex convivis: "ego numquam [iratus]<sup>1</sup> (vidi hominem 391M occidi)." Dixit et mulier: "et ego numquam." Iratus quod clementia sua contemptui esset, "curabo" inquit "sciant non deesse mihi (severitatem." Adducitur)<sup>2</sup> sceleratus, quem videre lucem ultra non oportet. Occisus est quis? damnatus; ubi? in praetorio; quo tempore? est enim ullum quo nocens perire non debeat?

21 Gallus Vibius dixit: Meretrix oravit. Timebam mehercules ne exorasset ut aut indemnatus occideretur aut damnatus viveret.

Ex altera parte multa bene dicta sunt, multa corrupte: in descriptione supplici utique illi qui voluerunt omnia legitima supplici verba in sententias trahere in vitia inciderunt, tamquam dixit Triarius: "Summove." Audis, lictor? Summove a praetore meretricem. Hoc non male. Adiecit: "Verbera." Sed vide ne virgae tuae pocula nostra disturbent. "Despolia." Meretrix, agnoscis hoc verbum? certe provincia agnoscit.

22 Silo Pompeius, homo qui iudicio censebatur, et ipse ad hanc descriptionem accessit, minimum tamen mali fecit; ait: animadvertit meretrix; "age lege"; quicquam enim lege hic agitur?

Deleted by Bursian, who supplied the following words.
 Supplied by Madvig.

year of office no-one had been killed. One of the guests said: "I have never seen a man killed." The woman too said: "Nor I." Angry that his clemency should be an object for ridicule, he said: "I will make sure they realise I *can* be severe." A criminal was brought in, one who didn't deserve to see the light of day any longer. "Who was killed? A condemned criminal. Where? In the residence of the praetor. When? Is there any time when a guilty man ought not to die?" Vibius Gallus said: 21 "The whore implored me. In fact I was afraid she

would request either the death of a man who had never been sentenced or the life of a man who had been sentenced—and win her request."

On the other side, many good things were said, many in bad taste. In the description of the execution, anyway, faults attended those who wanted to bring in all the ritual words of execution<sup>1</sup> to form epigrams. For instance, Triarius said: "'Remove.' Do you hear, lictor? Remove the whore from the praetor." This is not bad. He added: "'Strike.' But make sure your rods don't smash our glasses. 'Strip.' Whore, do you recognise the word? Certainly the province does."

Pompeius Silo, a man celebrated for his judgement, 22 also essayed this description, though he did least harm with it, thus: "The whore orders the execution. 'Act according to the law.'<sup>2</sup> Is *anything* done according to the law *here*?"

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> For the formula see Livy 1.26.6, with Ogilvie's notes. summovere was the normal word for the clearing of a space and the removal of the undesirable (above, \$2, and C. 1.2.3), but it does not appear in Livy. Nor does despolia—but stripping was a natural preliminary to the scourging (cf. Petr. 30.7), and

is brought in here for the double sense "undress" and "plunder."

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> The herald's instruction to the lictor at an execution: cf. Liv. 26.15.9.

Hispanus dixit: " age lege " tibi dicitur, Flaminine: vive sine meretrice, cena sine carnifice.

Argentarius in quae solebat schemata minuta tractationem violentissime infregit: "Age lege" 392M scis, inquit, quid dicat? interdiu age, in foro age. Stupet lictor; idem dicit quod meretrix tua: hoc numquam se vidisse.

Montanus Votienus dixit: percussurus lictor ad praetorem respexit, praetor ad meretricem.

23 Vibius Gallus dixit: lictori quia bene percusserat propinatum est.

Illud, quod tamquam Latronis circumfertur, non esse Latronis pro testimonio dico et Latronem a sententia inepte tumultuosa vindico; ipse enim audivi Florum quendam, auditorem Latronis, dicentem non apud Latronem. Neque enim illi mos erat quemquam audire declamantem; declamabat ipse tantum et aiebat se non esse magistrum sed exemplum; nec ulli alii contigisse scio quam apud Graecos Niceti, apud Romanos Latroni, ut discipuli non audiri desiderarent sed contenti essent audire. Initio contumeliae causa a deridentibus discipuli Latronis auditores vocabantur; deinde in usu verbum esse coepit et promiscue poni pro discipulo auditor. Hoc erat non patientiam suam sed eloquentiam vendere.

24 Ut ad Florum revertar, ille dixit in Flaminino: refulsit inter privata pocula publicae securis acies; inter temulentas ebriorum reliquias humanum everritur caput. Numquam Latro sic composuisset ut, Hispanus said: "'Act according to the law.' It is you that's being addressed, Flamininus: live without a whore, dine without an executioner."

Argentarius violently broke up the treatment with his usual fragmented figures. "'Act according to the law.' You know the meaning of that? Act by day, act in the forum. The lictor is aghast—he says the same as your whore: he has never seen such a thing."

Votienus Montanus said: "As he was about to strike, the lictor looked to the praetor—and the praetor to the whore."

Vibius Gallus said: "Because he had struck a good 23 blow, they drank a toast to the lictor."

There is an epigram attributed to Latro, which I swear is not his—and I want to save Latro from an incongruously melodramatic saying; for I personally heard it spoken by one Florus, a pupil of Latro's, though not in Latro's presence. Indeed, Latro would never hear anyone declaim—he merely declaimed himself, saying he was a model, not a schoolteacher. To my knowledge only Nicetes among the Greeks and Latro among the Romans had the luck to find pupils content to listen without demanding to be listened to. At first, detractors called Latro's pupils "listeners" as an insult; later the word got into general currency, and "listener" was used freely instead of "pupil." This was a case of selling one's oratory, not one's patience.

To return to Florus, he said about Flamininus: 24 "Amid private goblets shone out the edge of a public axe; amid the sodden remnants left behind by drunks is swept up a human head."<sup>1</sup> Latro would never

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. §4 Bassus.

quia publicam securem dicturus erat, diceret privata pocula, nec in tam mollem conpositionem sententia eius evanuisset; nec tam incredibilis umquam figuras concipiebat ut in ipso triclinio inter lectos et 393M †loco† et mensas percussum describeret.

Ille, cum in hac controversia descripsisset atrocitatem supplicii, adiecit: Quid exhorruistis, iudices? Meretricios lusus loquor. Et illam dixit minus notam sententiam, sed non minus bonam: in socium nostrum praetor populi Romani animadvertit in privato, nocte, tumultuario tribunali, ebrius fortasse, ne calciatus quidem, nisi si ut omnia spectaret meretrix diligenter exegit.

- 25 Rufus Vibius erat qui antiquo genere diceret; belle cessit illi sententia sordidioris notae: praetor ad occidendum hominem soleas poposcit. Altera eiusdem generis, sed non eiusdem successus sententia: cum deplorasset condicionem violatam maiestatis et consuetudinem maiorum descripsisset, qua semper voluissent ad supplicium  $\langle luce \rangle^1$  advocari, sententiam dixit: at nunc a praetore lege actum est ad lucernam. Pollio tamen Asinius aiebat hanc se sententiam recipere.
- 26 Livius de oratoribus qui verba antiqua et sordida consectantur et orationis obscuritatem severitatem putant

have tolerated such a juxtaposition, saying "private goblets " just because he proposed to mention " a public axe." Nor would an epigram of Latro's have disappeared amid such effeminacy of rhythm. He never dreamed up such incredible figures to describe a man executed in the very dining-room amid couches and . . . and tables.

Latro, after describing in this *controversia* the savagery of the execution, added: "Why blench, judges? I am merely speaking of the playfulness of a whore." And he spoke a less celebrated though equally good epigram: "An ally of ours was executed by a praetor of the Roman people in private, at night, on an improvised tribunal, when he was perhaps drunk and not even properly shod 1—or maybe he did everything in due form so that the whore could have a complete performance to view."

Vibius Rufus was a man who spoke in the old way; 25 he scored well with an epigram of a rather vulgar kind: "The praetor called for his slippers to kill a man." Here is another of the same sort,<sup>2</sup> which was less successful. After deploring the violation of the majesty of Rome and describing the practice of our ancestors, according to which they had always insisted on summons to execution coming in daylight, he spoke this epigram: "But now a praetor has 'acted according to the law' by lamp-light." However, Asinius Pollio said he did not rule out this epigram.

Livy said that the rhetorician Miltiades had an 26 elegant saying on orators who go out in search of old vulgar words and think that obscurity in a speech

<sup>2</sup> Seneca seems to allude to the everyday words solea and lucerna.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Müller.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Wearing slippers or sandals (see below) rather than proper shoes. Compare Cicero's indignation about the "soleatus praetor" in Verr. 5.86: and see Denniston on Phil. 2:76.

aiebat Miltiaden rhetorem eleganter dixisse:  $\epsilon \pi i$  $\tau \delta \delta \epsilon \xi \iota \delta \nu \mu a \ell \nu o \nu \tau a \iota$ . Tamen in his etiamsi minus est insaniae minus spei est; illi qui tument, illi qui abundantia laborant, plus habent furoris, sed plus et corporis; 394M semper autem ad sanitatem proclivius est quod potest detractione curari; illi succurri non potest qui simul et insanit et deficit.

27 Sed ne hoc genus furoris protegere videar, in Flaminino tumidissime dixit Murredius: praetorem nostrum in illa ferali cena saginatum meretricis sinu excitavit ictus securis.<sup>1</sup> Et illud tetracolon: serviebat forum cubiculo, praetor meretrici, carcer convivio, dies nocti. Novissima pars sine sensu dicta est, ut impleretur numerus;<sup>2</sup> quem enim sensum habet: " serviebat dies nocti"? Hanc ideo sententiam rettuli quia et in tricolis et in omnibus huius generis sententiis curamus ut numerus constet, non curamus an sensus. Omnia autem genera corruptarum quoque sententiarum de industria pono, quia facilius et quid imitandum et quid vitandum sit docemur exemplo.

<sup>1</sup> ictus securis Novák, Gertz: successuri.

<sup>2</sup> numerus Bursian: sensus E (omitted in other MSS).

<sup>1</sup> If this text is right, there is an allusion to Plat. *Phaedr.* 266A, where Socrates refers to an earlier speech of his as conducting "us to the forms of madness which lay on the right-hand side" (Hackforth's translation). I have used the ambiguity of the English "right" to lead up to "they may be less mad." Further discussion in W. Lebek, *Verba Prisca* (Göttingen, 1970), 201-5.

<sup>2</sup> Cf. Quintilian 2.4.5-6 on the need for exuberance rather than aridity in the budding orator.

makes it austere: "They are mad—in the right direction."<sup>1</sup> Nevertheless, though they may be less mad, they arouse less hope; those who are puffed out and whose trouble is abundance are more mad—but they have more body. Now something that can be remedied by removal is always more likely to regain health—but there is no help for the man who is at once mad and feeble.<sup>2</sup>

But I don't want to be thought to be covering up 27 for this kind of madness, so I will quote a highly flatulent remark of Murredius on Flamininus: "A praetor of Rome, fattened up in that funeral feast, was roused from a whore's lap by the blow of an axe." Also the tetracolon: <sup>3</sup> " The forum was slave of the bedroom, the praetor of the whore, the prison of a party, day of night." The last words were nonsense, designed to fill out the rhythm.<sup>4</sup> For what is the sense in "Day was slave of night?"<sup>5</sup> I have quoted this epigram just because in tricola and all epigrams of this kind we take care about the establishment of the rhythm-but not of the sense. Indeed, I purposely quote all kinds even of decadent epigrams; it is easier for us to learn by example both what to imitate and what to avoid.

<sup>3</sup> Cf. C. 2.4.12: tetracola are sentences with four parallel clauses. See E. Norden, Antike Kunstprosa 1.289–90.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> carcer convivio would have an inferior rhythmic clausula; - $\bar{o}$  dies nocti gives the favourite cretic type. But it is conceivable that Seneca means: "to make up the number (i.e. four)." So too with numerus below.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> Cf. Sen. Agam. 35-6 (another tetracolon): "avo parentem (pro nefas), patri virum, / gnatis nepotes miscui, nocti diem" (with rather more point).

28 Ecce et illud genus cacozeliae est, quod amaritudinem verborum quasi adgravaturam res petit; ut in hac controversia Licinius Nepos dixit: reus damnatus est legi, perit fornici. Et illud quod Saenianus dixit habet sui generis insaniam: cum diceret nocte non debere sumi supplicium, post longam descriptionem †cum†: nunc ne victumae quidem occiduntur.

29 Et ad hanc controversiam Graeci porrexerunt manum. Dixit in hac Nicetes: ώς δ' ἤκουσαν ὅτι 395M συμπόσιόν ἐστιν, ἤριζον.

Euctemon dixit:  $\pi \acute{a} \nu \tau \epsilon_{S} \acute{\epsilon} \nu \acute{o} \mu \iota \zeta o \nu \ddot{o} \tau \iota \dagger \& C \land TO^{\dagger,1}$ 

Glaucippus Cappadox, cum cenam luxuriosam descripsisset indignam maiestate praetoris, adiecit:  $\delta_{i\eta\gamma\eta\sigma\mu\alpha\iota\nu\nu\nu\kappa\alpha\iota\tau\delta\nu\kappa\omega\mu\nu\nu}$ . Hoc idem elegantius dixit Adaeus, cum descripsisset cenam nocturnam:  $\omega_{s} \epsilon_{\rho\omega\tau\iota\kappa\deltas} \delta \kappa\omega\mu\rhos$ .

Nicetes dixit: ' οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον.'' ἂν ή πόλις εὐτυχῆ, οὐδὲ ὄψη.

Artemon eodem loco aliam dixit sententiam: "οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον." γύναι, †ΟΥΤΨΛΛΝΟΥ aslCIC $\dagger$ .<sup>2</sup>

Glycon dixit: ώς δὲ ἀπηγγέλη τοῖς ἐν τῷ δεσμωτηρίω· "πότος ἐστὶ καὶ ἑταίρα καὶ ἀνεσις,"<sup>3</sup> ἀνέκραγέ τις τάλας· ἐμὲ ἀπαγε, ἐγὼ γὰρ ἀδίκως κατεκρίθην.

<sup>1</sup> I have translated Thomas' ἐλέλυτο.

<sup>2</sup> I have translated Bursian's doubtful οὐ κώμου δέησις.

<sup>3</sup> καὶ ẳνεσις Gertz: KaheCIC.

<sup>1</sup> For wide variations in the use of *cacozelia* see Russell on "Longinus" 3.4.

There is also a variety of bad taste <sup>1</sup> that looks for 28 bitter words in order to make the facts appear worse. Thus in this *controversia* Licinius Nepos said: "The accused was condemned for the law's sake, and died for a brothel's." A remark of Saenianus, too, has its own kind of insanity. Saying that executions ought not be carried out by night, and after a long description: "Now not even victims <sup>2</sup> are killed."

The Greeks tried their hand at this *controversia* too. 29 In it Nicetes said: "But when they heard there was a party, they began to dispute."<sup>3</sup>

Euctemon said: "Everyone thought he had been released."

Glaucippus, a Cappadocian, having described the luxurious banquet as being unworthy of the dignity of a praetor, added: "Now I will describe the carousal too." The same thing was more elegantly put by Adaeus, after a description of the night feast: "What a loving revel!"

Nicetes said: "' I have never seen a man killed.' If the city is lucky, you won't in future."

Artemon, at the same point, had a different epigram: "'I have never seen a man killed.' Woman, there is no need of a debauch."

Glycon said: "When the prisoners were told: 'There is a party and a prostitute and high jinks,' one poor chap shouted: 'Take me—I was unjustly condemned.'"<sup>4</sup>

<sup>2</sup> i.e. sacrificial animals.

<sup>3</sup> The prisoners, that is: for their topic of dispute, see Glycon's epigram below.

<sup>4</sup> And so deserve a break. But in fact he was to die, equally unjustly.

#### III

EXPOSITUM REPETENS EX DUOBUS

Per vim metumque gesta ne sint rata. Pacta conventa legibus facta rata sint. Expositum qui agnoverit solutis alimentis recipiat.

Quidam duos filios expositos sustulit, educavit. Quaerenti patri naturali pollicitus est se indicaturum ubi essent si sibi alterum ex illis dedisset. Pactum interpositum est. Reddit illi duos filios, repetit unum.

1 ARELLI FUSCI patris. Aecum est ut cum alienis dividamus liberos quos non dividimus cum matribus? Si alterum nobis<sup>1</sup> abstuleris, utrumque habebis. Quid faciam? utrumque genui, utrumque desideravi, pro utroque pactus sum.

ALBUCI SILI. Una nati sunt, una expositi, una educati; redditi potissimum distrahuntur. Distraxit

<sup>1</sup> nobis Gertz: non.

#### CONTROVERSIAE 9. 3.1

3

The Man who asked for One of Two Exposed Boys Back

Acts motivated by force or fear shall not be valid.<sup>1</sup> Agreements made according to the law shall stand.<sup>2</sup> A man who acknowledges a child he has exposed may take him back after paying for his upbringing.<sup>3</sup>

A man took in and educated two boys  $^4$  who had been exposed. When the natural father made enquiries, the foster-father promised he would reveal where they were if he was given one of them. They struck a bargain. He gives him back his two sons—and seeks one for himself.

#### For the natural father

ARELLIUS FUSCUS SENIOR. Is it fair that we should 1 divide with outsiders children whom we do not divide with mothers? <sup>5</sup>—If you take one away from me, you will have both.<sup>6</sup>—What am I to do? I begot both, I missed both, I bargained for both.<sup>7</sup>

ALBUCIUS SILUS. They were born together, exposed together, brought up together; they are being separated just when they have been given

<sup>4</sup> Twins, we gather from e.g. §§1 and 3.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> See C. 4.8 n., and Bonner, 114–15.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Bonner (p. 125) compares Cic. Off. 3.92: "Are agreements and promises always to be kept?—those that, in the words of the praetors, are not the result of force or fraud."

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Bonner (pp. 125-7) argues that the law reflects Roman rather than Greek legal practice. Quintilian knows of it (7.1.14 and 9.2.89); cf. *Decl.* 278 and *RLM* p. 343.11.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> One doesn't share out twins between their parents: why with an outsider?

 $<sup>^{6}</sup>$  They are "inseparable ": cf. §3 " I shall have either two or neither."

 $<sup>^{7}</sup>$  The rhetoric of the tricolon seems to lead to a mis-statement of the facts.

illos Fortuna aliquando a parentibus, numquam ab ipsis. Miseremini, iudices: gravis indiciva est.

- 2 IUNI GALLIONIS. Duos exposui quia alterum eligere non poteram. Periclitor ne qui cum duobus liberis in iudicium veni sine ullo revertar; nam quem perdam eligere non possum. Causa pacti mei fuit ut haberem filios, consummatio ut perderem. Pro filiis tibi debeo, non filios: pete quantum vis pro disciplinis, inputa quantum vis pro alumentis; licet plus petas dum <ne> minus reddas. Maiores nostri viderunt quam effusa esset indulgentia pro suis timentium, quam parata quidquid posceretur dare; itaque pro
- 3 patre lex [non]<sup>1</sup> cum educatore pacta est. Non potui obligari de eis qui in mea potestate non erant. Si ex aequo dividimus, habeatur utriusque ratio: habeam ego tamdiu duos quamdiu tu habuisti. 397M Nolite timere, pueri, non diducam vos: aut utrumque habebo aut neutrum. In auctione fratres quamvis hostilis hasta non dividit. Plus quiddam est geminos esse quam fratres, perdit uterque gratiam suam nisi cum altero est.
- 4 FULVI SPARSI. Ignoscere mihi adversarius debet meos retinenti cum ipse alienos concupiscat. Repetit

back.—Chance once separated them from their parents, never from each other.—Show pity, judges; the informer's reward is a heavy one to bear!<sup>1</sup>

18 Memini illum, cum Syriacus Vallius, homo disertus, accusaret et videretur laturus calumniam, tristem circa coronam iudici obversari et totiens occurrere eunti Syriaco et quaerere quid haberet spei, deinde post iudicium, cum Syriacus gratias illi ageret quod tantam curam sui egisset: at mehercules, inquit, timebam ne uno rhetore plus haberemus.

Et testis productus cum interrogatus esset an accepisset a patre . . . sestertia, dixit accepisse; an haberet:  $\langle \text{scire se} \rangle^1$  negavit; deinde interrogatus an calumniam haberet, ipse, inquit, neglegentiam meam nosti: an habeam nescio, accepisse me scio.

Et in Domitium, nobilissimum virum, in consulatu cum thermas prospicientis viam Sacram aedificasset  $\langle et \rangle^2$  coepisset deinde rhetores circumire et declamare: ego, inquit, sciebam hoc te facturum et matri tuae querenti de tua desidia dixeram:  $\pi\rho\hat{\omega}\tau\sigma\nu$  $\kappao\lambda\nu\mu\beta\hat{a}\nu$ ,  $\delta\epsilon\dot{v}\tau\epsilon\rho\sigma\nu$   $\delta\dot{\epsilon}$   $\gamma\rho\dot{\alpha}\mu\mu\alpha\tau a$ .

<sup>1</sup> Supplied by Shackleton Bailey.

## CONTROVERSIAE 9. 4.17-18

from the castle with great pomp. O you are indeed a parricide if, even after slaying the tyrant, you fail to realise how much more honourable was your brother's death than your own killing." But I *didn't* approve of his trying to jest so frequently on a serious subject; but he was a very witty man, as I have often told you, and so he made up by his wit for any deficiency in his eloquence.

I remember that, when Vallius Syriacus, an accom- 18 plished speaker, was prosecuting, and seemed likely to be declared to have brought a malicious charge,<sup>1</sup> Sabinus went round the crowd in court showing a long face, and every time he met Syriacus on *his* circuit asked him about his prospects; then after the trial, when Syriacus thanked him for being so considerate, he said: "Actually, I was afraid we should have one more rhetorician."<sup>2</sup>

Once as a witness, when he was asked whether he had received . . . sesterces from a father, he said he had. Had he got them?—" I don't know." Then he was asked whether he " had a calumny."<sup>3</sup> " You know how careless I am," he said. " I don't know if I have it, but I know I received it."

Against Domitius, a nobleman who during his consulship had built baths overlooking the Sacred Way and then proceeded to go round the rhetors and declaim, he said: "I knew you'd do this, and I'd said to your mother when she complained of your laziness: 'First diving—then letters.'"<sup>4</sup>

<sup>3</sup> i.e. the penalty for *calumnia*: see previous note.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Supplied by Kiessling.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> For calumnia see C. 2.1.34 n.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> For Syriacus, if condemned, would have had to give up his forensic career: see C. 7 pr. 7 n.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> An iambic verse, based on the Greek proverb alluded to in Plat. *Laws* 689D: "they know neither how to read nor how to swim."

- 19 Duas eius urbanas res praeterire non possum. Secutus erat in provinciam Cretam Occium Flammam proconsulem. Graeci coeperunt in theatro postulare ut Sabinus maximum magistratum gereret. Mos autem est barbam et capillum magistratui Cretensium summittere. 412M Surrexit Sabinus et silentium manu fecit; deinde ait: hunc magistratum ego Romae bis gessi. Bis enim reus causam dixerat. Graeci non intellexerunt, sed bene precati Caesari petebant ut illum honorem Sabinus et tertio gereret.
- 20 Postea deinde offendit illos tota comitum cohors: oppressi sunt in templo ab omni multitudine, quae postulabat ut Romam Sabinus cum Turdo proficisceretur: erat inter infames maxime et invisos homines Turdus. Cum Turdus promitteret iturum se, ut inde posset exire, Sabinus silentio facto ait: ego ad Caesarem non sum iturus cum mattea. Postea hoc Sabino cum causam diceret obiectum est. Multa illum diserte dixisse memini cum introductus esset ex carcere in senatum postulaturus ut diaria acciperet. Tunc dixit de fame questus: nihil onerosum a vobis peto, sed ut me aut mori velitis aut vivere. Et illud dixit: nolite, inquam, superbe audire hominem calamitosum:

saepe qui misereri potuit misericordiam rogat.

21 Et cum dixisset Seianianos locupletes in carcere esse: homo, inquit, adhuc indemnatus, ut possim vivere

## CONTROVERSIAE 9. 4.19-21

I can't miss two witticisms of his. He had accom- 19 panied the proconsul Occius Flamma to his province, Crete. The Greeks began to demand in the theatre that Sabinus should have the highest powers. Now in Crete magistrates customarily wear beard and hair long. Sabinus got up, and gestured for silence. Then he said: "I have twice carried out this office in Rome." For he had twice been accused in court.<sup>1</sup> The Greeks did not understand, but showered blessings on the emperor, and begged that Sabinus should have the honour a third time too.

Later, the Greeks were offended by the whole 20 troop of camp-followers. These were besieged in a temple by the whole mob, which demanded that Sabinus should go to Rome with Turdus-Turdus being one of the most infamous and hated of them. Turdus promised to go, so as to get out of the temple. Sabinus called for silence and said: "I don't propose to go to the emperor with a tit-bit."<sup>2</sup> Later this was made a charge against Sabinus at his trial. I remember he made many clever remarks when he had been brought in from prison to the senate to ask to receive his daily rations. It was then that he said, while complaining of hunger: "I don't ask anything difficult of you, merely that you allow me to die or to live." He also said: "Do not, I say, listen haughtily to one smitten by disaster. 'Often he who might have pitied has to ask for pity.' "3 Saying that there 21 were rich followers of Sejanus in the jail, he added: "I haven't vet been convicted-vet I have to ask

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Where defendants grew their hair to emphasise their plight (so in bereavement: C. 4.1 n.).

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Turdus = Thrush. The Romans were fond of eating

birds of the thrush-family, especially it seems fieldfares, as delicacies.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Frg. Com. Inc. 76 Ribbeck<sup>2</sup>.

parricidas panem rogo. Cum movisset homines et flebili oratione et diserta, redit tamen ad sales: rogavit ut in lautumias transferretur: non est, inquit, quod quemquam vestrum decipiat nomen ipsum lautumiae; illa enim minime lauta res est.

413M

Hoc rettuli ut et ipsum hominem ex aliqua parte nossetis et illud sciretis, quam difficile esset naturam suam effugere. Quomodo posset ab illo obtineri ne in declamationibus iocaretur qui *iocabatur in miseriis* ac periculis suis, in quibus iocari eum non debuisse quis nescit, potuisse quis credit?

22 Murredius non degeneravit in hac controversia; nam colorem stultissimum induxit: voluit, inquit, et hic sequi fratris exemplum: dum retineo, dum luctor, visus est patrem cecidisse.

Unum ex his quos audivi declamantis scio Mentonem usum non patrono patre sed advocato; ipsum tyrannicidam induxit dicentem et  $\langle hoc \rangle^1$ colore usus est: non iussum se a patre, quia aiebat incredibile omnibus videri patrem coram tyranno caedi se iussisse, sed inisse se parricidi consilium ut per hoc ad amicitiam perveniret, per amicitiam ad tyrannicidium. Haec eius sententia laudata est

<sup>1</sup> Supplied by Thomas.

#### CONTROVERSIAE 9. 4.21-22

parricides <sup>1</sup> for bread to keep me alive." He moved people by his pitiful and eloquent speech, but he returned to jesting: he asked to be transferred to the stone-quarries.<sup>2</sup> "None of you need be deceived by the word stone-quarry (*lautumia*): the actual thing is far from cushy (*lauta*)."

I have related this to you so that you could get to know the man himself a little, and see how difficult he found it to escape from his own nature. How could he be got to steer clear of jokes in his declamations,<sup>3</sup> this man who used to jest amid his troubles and dangers? We all know he shouldn't have joked in those circumstances, but no-one believes that he was capable of it.

Murredius remained himself in this controversia, 22 bringing in a very silly colour: "He too wanted to follow his brother's example; it was while I was holding him back and struggling with him that he looked to have beaten his father."

Alone of declaimers I heard, I know that Mento used the father not as defence counsel but merely as a supporter.<sup>4</sup> He introduced the tyrant-killer himself speaking, and employed this *colour*: he had not been ordered by his father (because he said everyone thought it incredible that a father should have ordered his own beating before a tyrant), but had agreed to a parricide in order by these means to come into the tyrant's circle—and thence to the killing of the tyrant. The following epigram was praised, when he

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> i.e. his well-to-do fellow prisoners.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Used as a prison in Rome, as well as in Syracuse: see Varr. *Ling. Lat.* 5.151.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Quintilian, on the other hand, thought jokes would be a good thing in declamation: see 2.10.9 and 6.3.15.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> For the distinction see the pseudo-Asconius p. 190.4 Stangl: "One who defends in court is called either *patronus*, if he is an orator, or *advocatus* if he advises on legal points or is giving a friend the benefit of his presence."

cum describeret se patri manus adferentem: nihil in toto tyrannicidio difficilius feci. Et illud dixit: iam tum factum esset tyrannicidium si me frater non dereliquisset. Et illud dixit: vos ego tunc respexi, templa leges rem publicam; nam si me tantum spectassem, facile tyrannidem effugissem illa qua frater effugerat.

V

414M

PRIVIGNUS AB AVO RAPTUS NOVERCAE

#### De vi sit actio.

Quidam duos filios sub noverca amisit: dubia cruditatis et veneni signa insecuta sunt. Tertium filium eius maternus avus rapuit, qui ad visendos aegros non fuerat admissus. Quaerenti patri per praeconem dixit apud se esse. Accusatur de vi.

IUNI GALLIONIS. Violentus et inpotens senex 1 hominem liberum sinu meo rapui. Quod servare tibi difficile est avo dona. Quotiens, miserrume

## CONTROVERSIAE 9. 4.22-5.1

described himself raising his hands against his father: " I had nothing more difficult to do during the whole of my killing of the tyrant." And he also said: "The tyrannicide would have been done on the spot if my brother hadn't left me in the lurch."<sup>1</sup> Again: "Then I thought of you, the temples, the laws, the state. If I had regarded only myself, I should easily have escaped the tyranny-by the route my brother had used.

5

THE BOY WHO WAS SEIZED FROM HIS STEP-MOTHER BY HIS GRANDFATHER

An action may lie for violence.<sup>2</sup>

A man lost his two sons, who had a stepmother: the attendant symptoms suggested either indigestion or poison.<sup>3</sup> The third son was removed by his mother's father, who had not been let in to visit the sick children. When the father made enquiries through a crier, the grandfather said the boy was at his house. He is accused of violence.

#### For the grandfather

JUNIUS GALLIO. A " violent and uncontrollable old 1 man," I snatched a free person away in the fold of my cloak.—Give to grandfather what you find it difficult to keep safe.-How often, wretched child, will you

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. §1 "I thank my son . . ." <sup>2</sup> See Bonner, 115. The word *actio* points towards the Greek Sign Bialwr. In Rome the Lex Iulia de vi would have been appropriate in C. 5.6 (Dig. 48.6.3.4), less so here, where

the child was "raped" only in a very limited sense: observe the scorn of "raptor" in §3 Vibius Rufus. <sup>3</sup> Cf. C. 6.6 n.

puer, audies  $\langle a \rangle$  noverca: "quis es tu? fugitive, reductus es?" Habui filiam, quamvis iste unum filium habeat, fecundam. Quam indulgenter puerperia divisit! Natus est filius, dixit: "filius hic meus est"; natus est alter, dixit: "hic patris est"; natus est tertius, dixit: "hic avi est." Cum quaereret iste filium, erant qui suaderent et dicerent: "tace, meruit excludi."

CESTI PII. Quam causam rapiendi habui inpotens senex? Numquid fratres eius occideram? Ignoscite mihi si tantum filiae meae mandata narro: hanc solam ex meis morientem vidi. Habui filiam: de omnibus meis habeo dicendum "habui." Vagabatur lugubri sordidaque praetexta; omnes illius 415M miserebantur, quosdam etiam dicentis audivi: "quid? iste puer matrem non habet? patrem non habet?

2 ARELLI FUSCI patris. Tres filios filiae meae debes, unum mihi; sine apud me nutriatur. Quid times? ne non admittare cum veneris? Exposuisse hactenus iuvat; iam nunc fortuna aut noverca narranda est. Ut vidit me, haesit complexibus meis puer; osculabar miser, interrogabam de fratribus; dum interrogo, dum fleo, perveneram domum. Rogo ne hoc causam meam peiorem fecerit, quod ille quem rapui unicus erat.

## CONTROVERSIAE 9. 5.1-2

hear your step-mother say: "Who are you? They've brought you back again then, runaway?" <sup>1</sup>—I had a daughter who was fertile—yet he has only one son.— How kindly she divided up her offspring! When one son was born, she said: "This is my son." A second son was born, and she said: "This is his father's." A third was born, she said: "This is his father's." A third was born, she said: "This is his grandfather's."<sup>2</sup>—When he was looking for his son, some people advised me: "Keep quiet—he deserves to be kept out of the house."<sup>3</sup>

CESTIUS PIUS. What motive had I, an "uncontrollable old man," to take him away? Had I killed his brothers?—Forgive me if I tell you only of my daughter's last instructions: she was the one member of my family I saw dying.—I had a daughter; of all my family I have to say: "I had."—He wandered the streets in a dirty mourning toga; everybody pitied him—I even heard people saying: "What? This child has no mother? No father? No grandfather?"

ARELLIUS FUSCUS SENIOR. You are beholden to my 2 daughter for three sons, to me for one. Let him be reared at my house. What are you afraid of? Not being let in when you come to visit?—So far my story <sup>4</sup> has given me pleasure; now I must tell of fortune—or a step-mother.—When the child saw me, he clung to my embrace; I kissed him sadly, asked him about his brothers. While I was questioning him in tears, I found I had arrived home.—I ask that my case be not weakened by the fact that the son I took away was the only one.<sup>5</sup>

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> As though he were some slave.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cf. Catullus 62.62-4.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> As the grandfather had been.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Of the marriage, and the birth of the children.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> He means that this in fact strengthens the case.

3 VOTIENI MONTANI. Mitte sis <sup>1</sup> praeconem; adice illi omnia insignia: "hic puer matrem perdidit, fratres amisit, novercam habet": adfirmo tibi, non indicabit quisquis faverit. Erras et vehementer erras: filios quos perdidisti non quaeris, quem quaeris non perdidisti. Utra tandem iustior querella est? pater ab avo unum repetit, avus duos a patre.

VIBI RUFI. Raptor ille et inpotens, dum moriuntur nepotes mei, ad ianuam steti: plus habeo quod avo quam quod reo timendum sit.

4 FULVI SPARSI. Unus perit, alter perit: totiens fortunam accusas, numquam novercam. Facinus indignum! puer ad supplicium indiciva patris quaeritur. Ad aegrotantem nepotem veni, non sum admissus: haec vera vis fuit.

ARGENTARI. "Noverca<sup>2</sup> quos conscios habuit?" Nescio: domi non fui. Amissa filia volui aliquem 416M adoptare ex nepotibus, sed aiebam: Quid necesse est? Quotiens videre volam, in domum veniam, quotiens volam, domum abducam. Agamus tamquam adfines: tres habes filios, dividamus; et vide quam non inprobam divisionem desiderem: ex

## CONTROVERSIAE 9. 5.3-4

VOTIENUS MONTANUS. Send the crier, if you will; 3 let him take with him all his finery:<sup>1</sup> "This child has lost his mother and his brothers; he has a stepmother." I can tell you, anyone who is on his side will give no information.<sup>2</sup>—You are wrong, badly wrong: you are not looking for <sup>3</sup> the sons you have lost—and you haven't lost the one you are looking for.—Which is the juster complaint? The father asks one son back from the grandfather, the grandfather asks two back from the father.

VIBIUS RUFUS. A "violent kidnapper," I stood at the door while my grandchildren died; I have more to fear as grandfather than as accused.

FULVIUS SPARSUS. One perished, a second perished; 4 each time you accuse fortune—never the stepmother.—What a disgrace! They are looking for a boy to punish him <sup>4</sup>—and the father gets the informer's reward.—I came to see my grandson when he was ill, and they would not let me in—that is real violence.

ARGENTARIUS. "Who were the step-mother's accomplices?" I don't know—I wasn't in the house.— When my daughter died, I wanted to adopt one of my grandchildren; but I kept saying to myself: "Why need I? Whenever I want to see them, I shall come to the house; whenever I want to, I shall take them back to mine."—Let us behave like relations. You have three sons—let us divide them. And see how fair is the division I want. Out of three

<sup>2</sup> They won't want him returned: cf. §16.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> mitte sis Gertz: mittis.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> noverca Thomas: per.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> e.g. his *bulla* (plate of gold hung around neck), as means of identification: cf. Hor. Epod. 5.12.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> The father makes no attempt to investigate their deaths; or perhaps this *quaeris* at least = "miss."

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> By returning him to the clutches of his step-mother.

tribus unum posco. Utinam omnis quos perdidit quaereret!

5 BLANDI. Cum tradere vellem puerum, nescio quis exclamavit: "puer, nunc peristi." Nihil vobis subtraham; quidni? praeconi quoque omnia indicavi.

MENTONIS. Rapui nepotem, habeo; redderem si pater quaereret.

6 DIVISIO. Montanus Votienus in has quaestiones divisit: an in re vis sit. Nulla, inquit, vis est: quae arma, quam pugnam, quae vulnera habet? Volo mihi describi comitatum istius tumultus: quae turba est unus puer et unus senex? Rapuisti, inquit, filium meum: immo nepotem suum sustulit, immo venientem non potuit excludere. An, si pro illo fuit fieri vim quoi facta dicitur, non teneatur qui fecit. Vis iniuriosa damnatur; solet enim esse et salutaris. Cum latrones aliquem obsiderent, si perfodissem villam, armata manu coniugem liberos eius rapuissem, accusari posset beneficium meum? Et medici alligant et corporibus nostris ut medeantur vim adferunt. An pro illo fuerit rapi. Hoc loco accusatio novercae et insectatio patris tam patienter suos perdentis.

7 Gallio et illam quaestionem fecit et prius sumendam quaestionem putavit ex persona quam ex re:

- <sup>2</sup> The raising of a *turba* was also covered by the *Lex Iulia* (*Dig.* 48.6.3.1).
  - <sup>3</sup> Whether it was in the child's interest: see §8.

I ask only for one.—I only wish he were looking for all the sons he lost!

BLANDUS. When I was ready to hand over the boy, 5 someone shouted: "Now you've had it, boy."—I won't keep anything from you—why should I? I told even the crier everything.

MENTO. I took my grandson, and have him. I would give him back if it were the father <sup>1</sup> who is looking for him.

## Division

Votienus Montanus divided into the following 6 questions: Is there violence in this case? "There is none. What weapons, what fight, what wounds does the case present? I wish someone would describe to me the crowd involved in this riot: what sort of a mob<sup>2</sup> is one boy and one old man? 'You kidnapped my child.' On the contrary, he took his own grandson: or rather he could not keep him out when he came." If it was in the interests of the alleged victim for the violence to be done, is its author liable?

"Injurious violence gets condemned—but violence may also be salutary. When robbers lay siege to someone's house, could my good deed be subject to accusation if I broke into the house and took his wife and children away by force of arms? Doctors too tie people up, and apply force to our limbs in order to heal." Was it in this child's interests to be removed? Here he accused the step-mother, and inveighed against a father who lost his children with so little protest.

Gallio did pose this question.<sup>3</sup> But he had another 7 one, drawn from the person, which he thought should

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> And not the step-mother.

an cum avo nepotis nomine agi possit; non magis, inquit, quam cum patre fili nomine, non magis quam 417M cum matre. Habet sua iura natura, et hoc inter avum patremque interest, quod avo suos servare licet, patri et occidere. Non potes, inquit, sic mecum agere tamquam cum alieno, ut dicas: "quid tibi cum illo? quis es tu?" cuius intestati filius tuus heres futurus est, quem dementem alligaturus est. Quaedam iura non lege sed natura nobis attributa. Nepotem suum avus peccantem aliquid et inter pueriles iocos petulantius lascivientem feriet, nec iniuriarum quisquam cum illo aget.

8 Et ultimam illam Gallio fecit, cum tractasset illa: "licet mihi ut prosim vim facere," deinde: "huic profuit": an avo ignoscendum sit cum pro nepote adfectu ablatus fecerit. Hoc loco tractavit quam indignum esset damnari illum ob hoc.

Latro duas ultumas quaestiones aliter posuit et plus conplexus est: etiamsi vim fecit, an tamen damnari non possit si bono animo fecerit;  $\langle$  deinde: an bono animo fecerit. $\rangle^1$  Ait enim et de animo fieri controversiam avo et dicere patrem: non ut nepotem servaret fecit, sed ut infamaret uxorem meam tamquam veneficam, me tamquam veneficae emancipatum, quoi male liberi sui committerentur.

<sup>1</sup> Supplied by Müller after Schultingh.

be taken before the one drawn from the circumstances: Can one litigate with a grandfather in the name of a grandson?" "No-any more than with a father or with a mother in the name of a son. Nature has rights of its own, and the only difference between father and grandfather is that a grandfather may keep his grandsons safe, the father may even kill his sons. You cannot," he went on, " sue me as though I were an outsider, saying: 'What have you to do with him? Who are you?' After all, if I die intestate, your son will be my heir. If I go mad, he will be my restrainer.<sup>1</sup> Some rights are given to us not by law but by nature. A grandfather can strike his grandson if he does something naughty and rags about too violently in his childish play, without anyone suing him for damages."

After dealing with the point that he was allowed to 8 do violence in order to do good, then with the point that it *was* to the good of the child, Gallio posed his last question: Should this grandfather be forgiven for something he did when carried away by his feelings for his grandson? Here he dealt with the topic of how wicked it was for him to be condemned for this.

Latro put the last two questions differently, and got more in. Even if he did do violence, can he nevertheless be convicted if he acted from good motives? Next: *Did* he act from good motives? He said that the father's dispute with the grandfather turned on motive, the father asserting that the grandfather acted not to save his grandson but to slander the present wife as a poisoner, and the father as a poisoner's catspaw to whom it was wrong to leave custody of his own children.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> i.e. act as my curator (C. 2.3 n.).

- 9 Colore ergo Latro hoc eodem usus est pro patre, ut diceret ne viva quidem uxore bene sibi cum socero convenisse, mortua vero professas inimicitias illum gessisse secum. Languente puero venisse illum cum 418M convicio, cum vociferatione, nefaria et dicentem et auspicantem: auctores amicos fuisse<sup>1</sup> ne admitteret hominem non ad officium nepotum sed ad invidiam et contumeliam generi venientem, qui ad sanos nepotes numquam dignatus esset accedere; medicos vero suasisse ne veniret et puerum confunderet et impleret suspicionibus.
- <sup>10</sup> Silonis Pompei color fuit, ut Latroni videbatur, qui controversiae repugnaret; dixit enim venisse avum ad inbecillum puerum. Ad aegros non semper admitti, utique ad eos qui graviter aegrotent; saepe et patrem non admissum; sic avo quoque intempestive venienti dictum: "nunc non potes"; statim cum convicio abisse. In altero idem fecisse. Latro aiebat hunc colorem optumum esse si res ita esset, sed recipi non posse, quia ponatur: "non est admissus"; sub hoc themate intellegere nos non hoc illi dictum: "nunc non potes," sed "ex toto non potes."
- 11 Gallio utrumque miscuit et hoc colore, qui videri potest alioqui thema evertere, paratius<sup>2</sup> usus est. Dictum est, inquit, illi: "Quiescit puer, paulum commorare; medici vetuerunt quemquam admitti.

<sup>1</sup> fuisse Bursian: se.

<sup>2</sup> paratius Müller: partius.

## CONTROVERSIAE 9. 5.9-11

This, then, was Latro's *colour* for the father, to say 9 that even when his first wife was alive, he had not got on well with his father-in-law, while after her death the father-in-law had been an acknowledged enemy. When the child was ill, the father-in-law came abusing him, shouting, his words and intentions abominable. He had been advised by his friends not to admit a man who came not to do his duty by his grandsons but to insult his son-in-law and make him odious: after all, when his grandsons had been well, he had never condescended to come and see them. The doctors, further, had advised that the grandfather should not come and upset the boy by filling him with suspicions.

Pompeius Šilo's colour was, in Latro's view, one that 10 conflicted with the theme: he said the grandfather had come to see the child at a time when he lacked strength. Admission to sick beds is not always granted, especially where the patient is gravely ill: often even the father is not admitted. So when the grandfather came so inopportunely, he was told: "Not now," and he went away at once with abuse on his lips. The same thing happened in the case of the second child. Latro said this was an excellent colour if it conformed with the facts, but that it could not be accepted because we have in the theme: "he was not admitted"; and with this theme one has to understand that what was said to the grandfather was not "Not now" but "Not at all."

Gallio mixed both <sup>1</sup> together, and used this *colour*, 11 which may otherwise be thought to subvert the theme, more skilfully. "The grandfather was told: 'The boy is resting, wait a little while. The doctors

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Latro's and Silo's colours: "this colour" is Silo's.

Scitis solere illos dicere: nec si pater venerit." Protinus iste elamare coepit: "testor me non admitti" et tantum non tabellis signatis denuntiare. Avum distuleram, accusatorem exclusi. Iterum, inquit, venit cum convicio: "iam unum occidistis, alterum occiditis." Nihil est miserius quam ubi aliquoi ex miseria sua invidia quaeritur.

Non est admissus, cum diceret se nepotem suum 419M non videre velle sed inspicere.

\*\*sic egit: veni non ut istum accusarem sed ut me defenderem.

†Gallio† hoc colore usus est: non admisi avum quia dictum erat mihi hoc illum animo venire, ut raperet.

12 Ex altera parte colorem hunc Cestius induxit: timuisse se de puero. <Nec><sup>1</sup> frustra, inquit: duos occiderat noverca. Et ait: vellem ad vos nocentior venirem reus, vellem tres haberem.<sup>2</sup>

Argentarius hoc colore usus est: rogatum a puero avum. Negabat, inquit, posse se vivere si in illa relinqueretur domo.

Hispanus hoc colore usus est: affectu se ablatum. Sustuli, inquit, nepotem meum; non potui satiari osculis, non potui ab illo tam cito distrahi. Nolite mirari: post longum tempus illum videram.

## CONTROVERSIAE 9. 5.11-12

have forbidden anyone to be let in—you know how they tend to say: "Not even if his father comes."' He at once started to make a row: 'I call you to witness I am not let in,' and all but summoned me in due form. I had put off the grandfather—but it was an accuser I proved to have kept out. He came a second time, with abuse: 'You have already killed one now you're killing another.' A man's misery is at its worst when it is made a means of getting him disliked."

He was not let in, for he said he wanted to examine his grandson, not see him.<sup>1</sup>

\*\* pleaded like this: "I have come here not to accuse this man but to defend myself."

\*\*'s colour was: "I did not let in the grandfather because I had been told that he was coming with the intention of taking the child."

On the other side, Cestius introduced this *colour*: 12 he had been frightened for the child. "Reasonably enough: the step-mother had killed two." And he said: "I could wish that I came before you a more guilty defendant, that I had three of my grandsons at home."

Argentarius used this *colour*: the grandfather had been asked by the child to take him: "He said he could not stay alive if he were left in that house."

Hispanus used this *colour*: he had been carried away by emotion. "I took up my grandson; I could not have enough of kissing him. I could not be torn from him so soon. Don't be surprised: it was a long time since I had seen him."

<sup>1</sup> The last sentence seems to represent a fragment of a different *colour*.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Faber.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> haberem Kuhn, Gertz: raperem.

- 13 Albucius hoc colore usus est, ut diceret noluisse illum in tam infausta domo educari, ex qua duo iam fratres eius elati essent; (ei) qui postea decessit inter causas moriendi casum fratris fuisse. Et servavit hunc colorem, ne quid in novercam, ne quid in patrem diceret; aiebat iustissimum futurum avum si tantum defendere se voluisset. Quid ergo? quare rapuisti? Amabam; huic maxime ab initio animum meum addixeram. In domo vestra nihil praeter ipsam domum timui. Si apud me duo decessissent, ex domo illum mea transtulissem.
- 14 (Montanus Votienus)<sup>1</sup> Marcellum Marcium aiebat 420M sic narrasse: Puer me secutus est. Non criminor vobis illum; quidquid est, (meo)<sup>2</sup> potius quam illius periculo fiat: ego rapui. "Ubi est?" inquit. Vivit, salvus est: veni et cum voles aspice. "Redde" inquit. †Suo ego asper;†<sup>3</sup> age, monstrabo si vis quis ante me tibi filios abstulerit.

Varius Geminus eundem sensum dixit: Quae est ista [aut]<sup>4</sup> tam sera pietas, tam praepostera? Quaerere tuos a tertio incipis.

15 Montanus Votienus, homo rarissumi etiamsi non emendatissimi ingeni, vitium suum, quod in orationibus non evitat, in scholasticis quoque evitare non potuit, sed in orationibus, quia laxatior est materia,

- <sup>3</sup> I have translated Müller's non ego asper.
- <sup>4</sup> Deleted by the editor, comparing E.

## CONTROVERSIAE 9. 5.13-15

Albucius' colour was to say that he hadn't wanted 13 the child to be brought up in so ill-omened a house, one from which his two brothers had already been carried out to burial; among the reasons for the death of the second was the fate of his brother. And he kept to this colour, in such a way as to attack neither the step-mother nor the father; he said the grandfather would be on very firm ground if he was content merely to defend himself. "' Well then, why did you take him?' I loved him; it was on this boy that I had particularly set my heart from the beginning. In your house I feared nothing except the house itself. If two children had died in my house, I should have moved the third elsewhere."

Votienus Montanus said that Marcius Marcellus' 14 narrative went like this: "The boy followed me. I'm not trying to incriminate him in your eyes. Whatever happens, may the peril be mine rather than his—it was I who took him. 'Where is he?' says his father. He is alive and well; come and look at him whenever you wish.<sup>1</sup> 'Give him back.' I am not a cruel man: come, I will show you if you like who it was <sup>2</sup> who removed your sons, before me."

Varius Geminus had the same idea: "What is this affection, so late in the day, so perverse? You look for your children, starting only with the third."

Votienus Montanus, a man ofrare though not fault- 15 less talent, could not avoid in school either the fault that waylays him in his speeches; but in his speeches, the material being more diffuse, one notices repetition

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Bursian, Kiessling.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Supplied by Nicotius.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The grandfather rubs in the contrast with the father's behaviour.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> The step-mother, by killing them.

minus earundem rerum adnotatur iteratio; in scholasticis si eadem sunt quae dicuntur, quia pauca sunt notantur. Memini illum pro Galla Numisia apud centumviros tirocinium ponere. Ex uncia heres erat patris sui Galla: obiciebatur illi veneficium. Dixit rem disertissumam et omnibus saeculis duraturam, qua nescio an quicquam melius in eiusmodi genere causarum dictum sit: uncia nec filiae debetur nec veneficae. Non fuit contentus; adiecit: in paternis tabulis filiae locus aut suus debetur aut nullus. Etiamnunc adiecit: relinquis nocenti ni-16 mium, innocenti parum. Ne sic quidem satiare se potuit; adjecit: non potest filia tam anguste paternis tabulis adhaerere, quas aut totas possidere debet aut totas perdere, et plura multo, quae memoria non 421M repeto; ex eis quaedam in orationem contulit et alia plura quam dixerat adiecit. Nihil non ex eis bellum est, si solum sit; nihil non rursus ex eis alteri

Idem in hac declamatione fecisse eum memini. Erras, inquit, pater, et vehementer erras: quos perdidisti non quaeris, quem quaeris non perdidisti. Deinde: puer iste  $\langle si \rangle^1$  invenitur perit. Deinde: *quisquis puero favet ne inveniatur optet.* Deinde: puer, nisi avum sequitur, fratres secuturus est; less: in declamation if the same things get said again, it shows, just because there are few things said. I recall that he made his début speaking for Galla Numisia before the centumviral court.<sup>1</sup> Galla was heiress to a twelfth of her father's estate, and was accused of poisoning him. Montanus said something very smart, that will never be forgottensomething perhaps unsurpassed in this sort of case: "A twelfth is the due neither of a daughter nor of a poisoner."<sup>2</sup> He wasn't satisfied, but added: "In her father's will a daughter should get her proper place-or no place at all." And still he went on: "You leave something which is too much if she is guilty, too little if she is innocent." Even then he 16 wasn't content-he went on: "A daughter cannot find so narrow a place in her father's will-she ought to have it all, or lose it all." And he said much more that I don't remember. He brought some of these sayings into his published speech, while adding much that he had not said. Every one of the dicta is pretty -or would be if it stood by itself; each one in turn gets in the way of the next.

I remember he did the same in this declamation. "You are wrong, father," he said, "badly wrong: you are not looking for the sons you have lost—and you haven't lost the one you are looking for."<sup>3</sup> Next: "This boy dies, if he is found." Then: "Whoever wishes the boy well should pray he may not be found." Then: "Unless the boy follows his

<sup>3</sup> Above, §3.

obstat.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Bursian.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Which dealt largely with testamentary cases.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> As a daughter she should get more; if she was a budding poisoner, she should have been left less.

desine quaerere quem si inveneris sic perdes ut invenire non possis. Et deinde: rapuit istum avos ne raperet noverca. Et deinde: unum tantum pater
17 ex liberis suis quaerit qui salvus est. Glycon hunc sensum semel dixit, sed genere corrupto: τοῦτο τὸ παιδίον ὅταν εὐρεθῆ τότε ἀπολεῦται. Habet hoc Montanus vitium: sententias suas repetendo corrumpit; dum non est contentus unam rem semel bene dicere, efficit ne bene dixerit. Et propter hoc et propter alia quibus orator potest poetae similis videri solebat Scaurus Montanum inter oratores Ovidium vocare; nam et Ovidius nescit quod bene cessit relinquere. Ne multa referam quae Montaniana Scaurus vocabat, uno hoc contentus ero: cum Polyxene esset abducta ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dicit:

cinis ipse sepulti

in genus hoc pugnat.

Poterat hoc contentus esse; adiecit:

tumulo quoque sensimus hostem.

Nec hoc contentus est; adiecit:

422M

Aeacidae fecunda fui.

Aiebat autem Scaurus rem veram: non minus magnam virtutem esse scire dicere quam scire desinere.

#### CONTROVERSIAE 9. 5.16–17

grandfather, he will end up following his brothers. Stop looking for him; if you find him, you will lose him-in such a way that you can never find him." And then: "His grandfather took him-in case his step-mother took him." And then: "The only one of his sons the father is looking for is the one who is safe." Glycon expressed this idea once, though his 17 expression shows bad taste: "This child will be lost when he is found." Montanus' trouble is that he spoils his own epigrams by repetition; because he is not content to say a thing well once, he in the end does not say it well at all. For this and other reasons that make the orator comparable with the poet, Scaurus used to call Montanus the Ovid among orators; for Ovid too is incapable of leaving well alone. Not to give many examples of what Scaurus called "Montanisms," I will content myself with one: when Polyxena had been led away to be sacrificed at the tomb of Achilles, Hecuba says:1

" Even the ashes of the buried man Fight our family."

That might have sufficed him. He added:

"We felt our enemy, even in his grave."

He wasn't satisfied even with this, but went on:

" I was fertile-for Achilles."

Scaurus was quite right in saying that to know how to stop is as important a quality as to know how to speak.

<sup>1</sup> Met. 13.503 seq.

#### $\mathbf{VI}$

FILIA CONSCIA IN VENENO PRIVIGNI

Venefica torqueatur donec conscios indicet.

Quidam mortua uxore ex qua filium habebat, duxit alteram uxorem et ex ea filiam sustulit. Decessit adulescens; accusavit maritus novercam venefici. Damnata cum torqueretur dixit consciam sibi filiam esse. Petitur puella ad supplicium. Pater defendit.

1 CESTI PII. Non est quod putetis has lacrimas aut filiae esse aut reae: fratrem (flet).<sup>1</sup> Non prodesset tibi, puella, ne hoc quidem, quod te frater amavit, nisi mater odisset. Hoc me occidisti, noverca, quod scisti consciam eligere. Paene dixi: ante actam eius vitam excutiamus.

FULVI SPARSI. Nefaria mulier, filiae quoque noverca, ne mori quidem potuit nisi ut occideret. Inter gladiatores quoque victoris condicio pessuma est cum moriente pugnantis. Nullum magis adversarium timeas quam qui vivere non potest, occidere potest.

<sup>1</sup> Supplied by Bursian.

6

The Daughter Involved in the Poisoning of the Step-son

A woman who poisons shall be tortured till she reveals her accomplices.<sup>1</sup>

A man lost his wife, by whom he had a son, married again and raised a daughter by his new wife. The youth died; the husband accused the step-mother of poisoning him. On conviction she was tortured and said her daughter was her accomplice. The girl is to be executed. Her father defends her.

For the father

423M

CESTUS PIUS. Don't think these tears are shed for 1 her mother or because she is guilty; she is weeping for her brother.—If your mother did not hate you,<sup>2</sup> girl, it would be no help to you even that your brother loved you.—You killed me, step-mother, because you knew how to choose your accomplice.<sup>3</sup>—I almost said: let us examine her past record.<sup>4</sup>

FULVIUS SPARSUS. Wicked woman, step-mother even to her own daughter, she could not even die without killing. Even among gladiators the worst position for a victor is to have to fight a dying opponent. Fear no adversary more than one who cannot live—but can kill.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Bonner (p. 112) argues that this provision, though perhaps not a part of the *Lex Cornelia* on poisoning, reflects practice under the empire. But normally a free person could not be tortured. For the "law" see Quintilian 9.2.81 (applied to budding tyrants), and especially Calp. Flace. 12, *Decl.* 381, two exactly similar cases (see Bornecque, *Déclamations*, 30 seq.).

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> This being the real defence.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Point unclear.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> A normal gambit, here inappropriate because of the child's age: cf. §14 "I reproached her . . ."

2 VIBI GALLI. Concitatissuma est in morte rabies, et desperatione ultima in furorem animus impellitur. Quaedam ferae tela ipsa commordent et ad mortis auctorem per vulnera sua ruunt. Abscisa missione gladiator quem armatus fugerat nudus insequitur. Praecipitati non quod impulit tantum trahunt sed quod occurrit, et naturali quodam deploratae mentis adfectu morientibus gratissimum est commori.

3 VOTIENI MONTANI. Dum filium vindico, ubi gravissime mihi noceri posset ostendi. Veneficio simile mendacium! Si incredibile est parricidium (in noverca),<sup>1</sup> in sorore creditis? Non timeo ne quis hoc in sorore credat quod ego vix probavi in noverca. Natam mihi filiam quasi futuram pacis obsidem sustuli; aiebam: dum matris meminit, obliviscetur novercae. At illa dum novercae meminit matris oblita est. "Filia" inquit "mihi conscia est." Post hanc vocem remissa putares tormenta: similis facta torquenti est. Soror fratri venenum dedit? Quamdiu luctati sumus ut crederetur noverca privigno dedisse! Noverca, quod volueras consecuta es: damnasse iam paenitet.

<sup>1</sup> Supplied here by Opitz.

#### CONTROVERSIAE 9. 6.2-3

VIBIUS GALLUS. Madness is most violent at the 2 point of death, and its last despair drives a mind to fury. Some beasts snap at the very shaft that hits them, and rush on amidst their own wounds at the author of their death. When his chance of release is removed, a gladiator will pursue naked the opponent he had fled under arms. People falling down a cliff take with them not only what pushed them but anything in their way. And, by a feeling natural to a mind that is despaired of, the dying find it very pleasant to have a companion in death.<sup>1</sup>

VOTIENUS MONTANUS. In avenging my son, I 3 showed where I could be hurt most.<sup>2</sup>—This lie is like a poisoning !—In a step-mother parricide is incredible; can you believe it of a sister? I have no fears that anyone will believe of a sister what I could scarcely prove in a step-mother.<sup>3</sup>—I acknowledged the daughter born to me, as a hostage who would ensure peace. I said to myself: "Remembering she is a mother, she will forget she is a step-mother." In fact, she remembered she was a step-mother and forgot she was a mother.—" My daughter is my accomplice," she says. After such a speech you would imagine the tortures were relaxed-she has become like the torturer.<sup>4</sup>—Did the sister give her brother poison? How long we had to struggle to get people to believe a step-mother gave it to her step-son!-Step-mother, you have got what you wanted; I am sorry now that I had you convicted.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Sen. Agam. 202: "mors misera non est commori cum quo velis."

 $<sup>^{2}</sup>$  I showed that I felt strongly for my children; my wife took advantage of this by hurting me by way of my daughter.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> In the previous trial.—Montanus again repeats himself (C. 9.5.15): cf. also below "How long . . ."

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Cf. Decl. p. 426.17 Ritter: "If nothing else, she is torturing the father by her information [read *indicio*]." Also §6 "I began to be the victim . . ."; §18 "She found a way . . ."; §20 "Perhaps so that she could exact . . ."

4 ARGENTARI. Facio rem, iudices, non novam: liberos meos a noverca vindico. Peto ne, quia filium vindicavi, filiam perdam. Nisi succurritis, noverca vicit, ego victus sum. Duxi nescio peiorem uxorem an novercam. Hoc mihi carior est quod tam invisa matri fuit.

CORNELI HISPANI. Si conscia esset, neminem expectarem: scitis quemadmodum veneficam oderim. 424M Instabam tormentis, aiebam: morere peius quam occidisti; non satis mihi ardere ignes videbantur, non satis insidere verbera; dixi: si quid adicere tormentis tuis possum, <faciam; possum>,<sup>1</sup> puto: iubebo filiam adferri; vocet hoc aliquis! Matrem quid expavisti, puella? quid ad sinus meos refugisti? quid extimuisti tamquam novercam?

5 MARULLI. Ne inter supplicia quidem desit occidere: et hanc quisquam putet non potuisse venenum sine conscia dare? Puella quae occidisse fratrem dicitur quid ante peccavit? Noverca quoque ante privignum occidit quam filiam. Haec bonae spei est; quaeritis argumentum? matri suae non placet.

ARELLI FUSCI. Etiam cineribus tuis infesta est

## CONTROVERSIAE 9. 6.4-5

ARGENTARIUS. Judges, I am doing something 4 familiar: I am defending my children from a stepmother.—What I ask is that I should not have to lose my daughter because I avenged my son.—If you <sup>1</sup> don't come to my rescue, the step-mother has won, I am defeated.—The woman I married—I don't know if she is more wicked as wife or step-mother.— The girl is the dearer to me that she was so hated by her mother.

CORNELIUS HISPANUS. If she were implicated, I should not wait for anyone <sup>2</sup>—you know how I hate a poisoner.—I pressed on with the tortures, saying: "Die more cruelly than you killed." The flames did not, to my mind, blaze fiercely enough, the lashes sink in sufficiently far. I said: "If I can add anything to your torments, I will do it. I think I can; I will order your daughter to be brought. Summon her here, someone. Why are you terrified of your mother, girl? Why flee to my bosom? Why dread her—as though she were *your* step-mother?

MARULLUS. Even amidst her punishment she did 5 not cease to kill: can it be doubted if such a woman was capable of giving poison without an accomplice? —This girl who is said to have killed her brother what wrong has she done before? Even the stepmother killed her step-son before her daughter.<sup>3</sup>— The girl is a good prospect. You want proof? She displeases her mother.

**ARELLIUS** FUSCUS. Your step-mother threatens

<sup>1</sup> Judges.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Müller.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> i.e. to accuse (the daughter).

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> For the need to work slowly up to a parricide, see C. 7.3.1 n., and below <sup>57</sup> "Even if she . . ."

noverca; quod unum potest, persequitur sororem tuam. Quid potest adhuc nosse nisi fratrem? *Prosit illi apud vos quod illam pater laudat*, et *prosit quod* talis *mater accusat*.

6 MENTONIS. Non misereris huius? miserior est quam frater: ille habuit sine dubio novercam, {haec matrem noverca peiorem}.<sup>1</sup> "Conscia" inquit "est filia." Ego torqueri coepi, noverca torquere. Consecuta es, mulier, quod voluisti: solus omnium magis sensi novercam cum perdidi.

PORCI LATRONIS. Habui filium tam bonum ut illum amare posset etiam noverca, nisi in eam incidisset quae posset etiam filiam odisse. Hucine saecula recciderunt ut parricidium puellare sit? Ita si magnitudinem 425M rei non intellegit, num est idonea parricidio? "Sed veneficae" inquit "filia est." Si parentes inspiciuntur, cur non potius patri videatur similis, cui placet, quam matri, cui displicet? Denique non recuso quo minus in illa vel matris exigatur imitatio: illa cum huius aetatis esset nec noverca erat nec venefica.

7 ALBUCI SILI. Duxi uxorem nullis adhuc inquinatam fabulis, nec miror innocentem tunc fuisse: adhuc puella erat.

BLANDI. Ut scelerata sit, nempe matri suae similis est; ante veneficium oportet faciat quam parricidium. "Filia" inquit "conscia est." Di te

<sup>1</sup> Supplied by Müller after Spengel.

even your ashes; she harries your sister—it is all she can do.—What can she know, at her age, except her brother? <sup>1</sup>—May it be to her credit in your eyes that her father praises her, and that she is accused by a mother of such a character.

MENTO. Don't you pity her? She is more un-6 happy than her brother; *he*, it is true, had a stepmother. *she* has a mother who is worse than a stepmother.—" My daughter is my accomplice." *I* began to be the victim, the step-mother the torturer. —Woman, you have got what you wanted; alone of all men, I felt a step-mother more when I lost her.<sup>2</sup>

PORCIUS LATRO. I had a son so good that even a step-mother could have loved him—but he happened on one capable of hating even her daughter.—Has it come to this, that parricide is a girl's crime?—So if she does not understand the magnitude of the matter, does that make her suitable for parricide?—" But she is a poisoner's daughter." If we are going to review her parents, why should she not be thought to resemble her father, who loves her, rather than her mother, who hates her? Still, I don't reject the idea of seeing in her the image even of her mother; *she* at this age was neither step-mother nor poisoner.<sup>3</sup>

ALBUCIUS SILUS. I married a woman as yet un-7 besmirched by any talk; and it is not surprising she was innocent then—she was only a child.<sup>4</sup>

BLANDUS. Even if she is wicked, surely she resembles her mother—and so has to do a poisoning before a parricide.—" My daughter is my accom-

 $<sup>^{1}</sup>$  She cannot know how to poison; but she knows—and loves—her brother.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> i.e. I felt what she could do on the point of death; most step-mothers do their dirty work while alive.

 $<sup>^3</sup>$  Cf. Decl. p. 425.25 Ritter: "People of this age don't sin —even when they are  $\langle future \rangle$  step-mothers."

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> As is the daughter.

perdant! etiam dum torqueris, occidis. Servus tortus Catonem conscium furti dixit. Quid agitis? utrum plus creditis tormentis an Catoni?

BUTEONIS. Si conscius a te, puella, quaeretur, nominato patrem. Quod noverca tam sero, puella tam cito? "Filia" inquit "conscia est." Male pereas! at ego te putabam unius novercam.

8 TRIARI. "Filia" inquit" tua conscia est." Videbatur sibi post hanc vocem vicisse. Amissum fratrem flevit in funere, totius populi lacrimas suis expressit; itaque illam noverca peius perire voluit quam privignum. "Filia" inquit "conscia est." Hoc ultumum fuit novercae veneficium.

Q. HATERI. Succurrite, quaeso, ne, cum torta sit quia filium meum occiderat, filiam etiam dum torquetur occiderit. Liberos effero semper unius mulieris aut mendacio aut veneno. Non flet quantum reae satis est. Quemadmodum illi extorquebo 426M lacrimas? Adferte mihi imaginem fratris; videte subito desiderio fletus concitatos: numquid talem vultum cum mater torqueretur habuit?

9 Pars altera. TRIARI. Si odissemus te, pateremur cum eiusmodi filia vivere. Quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur; venena statim radicibus pestifera sunt. Quantum illi ad scelera aetatis adiecit quod

## CONTROVERSIAE 9. 6.7-9

plice." God damn you! Even while you are tortured, you go on killing.—A slave under torture said Cato was implicated in a theft.<sup>1</sup> What are you on about? Do you prefer to believe the torture—or Cato?

BUTEO. If they torture you to find your accomplice, child, name your father.—Does a child do so promptly what a step-mother did so late in the day? —"My daughter is my accomplice." Curse you! I thought you step-mother to one child.

TRIARIUS. "Your daughter is my accomplice." 8 She thought she had won after she said that.—She wept for her lost brother at his funeral, and by her tears evoked the tears of the whole people.<sup>2</sup> That is why the step-mother wanted her to die more cruelly than her step-son.—"My daughter is my accomplice." This was the last time the step-mother poisoned.

QUINTUS HATERIUS. Come to my aid, I beg of you: or else, having been tortured for killing my son, she will kill my daughter too under the torture.—I keep burying my children thanks to the lie or the poison of a single woman.—She does not weep enough for a defendant. How make her cry? Bring me the portrait of her brother. See the weeping that her sudden sense of loss excites; did she look like that when her mother was tortured?

#### The other side

TRIARIUS. If we<sup>3</sup> hated you, we should let you 9 live with a daughter like that.—Some beasts have cubs that are savage from birth;<sup>4</sup> some plants are poisonous from the roots up.—Surely the fact that she

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> See on C. 10.1.8.

 $<sup>^2</sup>$  Cf. Decl. p. 426.2 Ritter. The point of what follows is that the step-mother was being crueller towards her natural child than she had been towards her step-son.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> The accuser speaks for the state.

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Contrast *Decl.* p. 425.26 Ritter: "Small serpents do no harm"!

illam noverca peperit? Quid illa quae fratrem in moram sequentis patris sparsit? Habes exemplum quod et sorori conveniat et virgini.

- DIVISIO. Cestius in duas partes conjecturam 10 divisit, et primum quaesiit an illi conscia opus fuerit; deinde: si opus est aut fuit, an hanc habuerit. Non servavit autem modum: nam et illum locum diu tractavit: non posse sororem in mortem fratris impelli, et interim tam puellam voluit videri ut nulli esset idonea ministerio. Itaque elegantissime deridebat Montanus Votienus in hac controversia ineptias rhetorum, quod sic declamarent tamquam haec quae nominata est infans esset, nec intellegerent si talis esset ne futuram quidem ream. Itaque hoc debemus, inquit, nobis proponere: puellam eius aetatis in qua †et torta† credibile scelus. Illud quidem intolerabile esse aiebat: induxerat Cestius matrem dicentem filiae: "da fratri venenum." (filiam respondentem: "mater, quid est venenum?">1
- 11 Triarius multo rem magis ineptam, quia non invenit illam sed conrupit; nam ex Cesti sententia 427M traxit; induxerat novercam dicentem: "do<sup>2</sup> fratri
  - <sup>1</sup> Supplied by Bursian.
  - <sup>2</sup> do ed.: da.

## CONTROVERSIAE 9. 6.9-11

was daughter of a step-mother gave her an advance in years as far as crime goes ?—What of the woman who scattered her brother about to delay the pursuit of her father? There is a precedent to fit both sister and virgin.<sup>1</sup>

## Division

Cestius divided the " conjecture " 2 into two parts, 10 first asking: Did she need an accomplice? Next, if she has or had need of one, did she use this girl as one? But he kept no sense of proportion: for he spent a long time treating the point that a sister cannot be driven to kill her brother, while at the same time wanting to make her out so young as to be incapable of rendering any kind of assistance. Hence in this controversia the very pretty play that Votienus Montanus made of the stupidities of the rhetoricians: they declaimed as though the accused were an infant,<sup>3</sup> not realising that if that was so she could not even stand trial. "Thus what we must represent to ourselves," he said, "is a girl of such an age as to make her committing a crime conceivable." He described as insupportable Cestius' picture of the mother saying to her daughter: "Give your brother poison " and the girl replying: " Mummy, what is poison?"<sup>4</sup>

Triarius said something that was much more silly— 11 because he didn't invent it, merely made it worse. Drawing on Cestius' epigram, he had pictured the

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> The precedent as both (cf. *Decl.* p. 425.27 "virgo . . . soror") is Medea, who tore her brother Absyrtos to pieces and left his limbs to delay the pursuit of Aeetes (Cic. *Imp. Pomp.* 22; Sen. *Med.* 173).

 $<sup>^{2}</sup>$  The discussion of the facts of the case. See Decl. p. 426.3 Ritter for such a discussion.

 $<sup>^3</sup>$  Cf. Decl. p. 425.25 Ritter: "Bring out the defendant—from the lap of her nurse" (so below §13 "Nurse, lift up the accused").

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> So too Decl. p. 426.13 Ritter,

venenum"; fecit illam respondentem: "mater, et mihi da." Quid enim est tam absurdum quam matrem sic locutam cum puella: "do<sup>1</sup> fratri venenum"?

Non ferebat nec illam Triari sententiam, qua aliter Haterius usus est, cum ad epilogum pervenisset: Hoc loco debebat reus flere; num flet puella? Inveniam quemadmodum fleat; aliquis hoc imaginem fratris. Illa enim, si tam puella est ut dicat: "mater, quid est venenum?", non potest tantae pietatis esse ut eam imago fratris in lacrimas concitet.

Tantus autem error est in omnibus quidem studiis,  $\langle sed \rangle^2$  maxime in eloquentia, cuius regula incerta est, ut vitia quidam sua et intellegant et ament. 12 Cestius pueriliter se dixisse intellegebat: "mater, quid est venenum?"; deridebat enim Murredium qui hanc sententiam imitatus in epilogo, cum adloqui coepisset puellam et diceret: "compone te in periclitantium habitum, profunde lacrimas, manus ad genua dimitte, rea es," fecerat respondentem puellam: pater, quid est rea? Et aiebat Cestius: quod si ad deridendum me dixit, homo venustus fuit, et ego nunc scio me ineptam sententiam dicere; multa autem dico non quia mihi placent sed quia audientibus placitura sunt.

13 Et illud Rufi Vibi tolerabilius aiebat esse, sed et ipsum aliqua obiurgatione dignum: dixerat in

1 do ed.: da.

<sup>2</sup> Supplied by C. F. W. Müller, Gertz.

step-mother saying: "I am giving your brother poison"; and then he made her reply: "Mother, give me some too." For what is so absurd as for a mother to say to her daughter: "I am giving your brother poison?"

Nor would he stand either for Triarius' epigram adapted by Haterius 1—at the start of the epilogue: "At this point an accused ought to have been crying. *Does* the girl cry? I shall discover a way to make her. Someone, bring here the picture of her brother." For if she is so much of a child that she can say: "Mother, what is poison?", she cannot be so affectionate that her brother's picture could move her to tears.

All spheres of study, and especially eloquence, whose rules are not fixed, are subject to the great trap that some people both realise their own faults and love them. Cestius realised he had been childish 12 to say: "Mother, what is poison?" For he laughed at Murredius, who imitated this epigram in his epilogue. Starting to address the girl, he had said: "Make yourself look like one in danger of condemnation. Pour forth tears, put your hands on the judges' knees. You are a defendant." Then he had made the girl reply: "Father, what is a defendant?" Cestius said: "If he said this to mock me, he was a witty man-and I now realise that mine is a foolish epigram. However, there is much that I say not because I like it but because the audience will like it."

He said that a remark of Vibius Rufus' was more 13 bearable, though still worthy of some criticism; <sup>1</sup> Above, §8.

epilogo: nutrix, ream tolle. Illud in Haterio, qui et promisit oratorem et praestitit, negabat se perferre, quod dixerat: haec rea non mittenda in exilium, 428M sed ferenda est; cum sciret, inquit, in exilium exportandos locari solere. Quid enim intellegi vult hac sententia? ex toto puellam ambulare non posse,  $\langle an non posse \rangle^1$  usque in exilium? Verum est, sed nec mater eius potuisset.

14 Silo a parte patris comparationem fecit inter se matris et filiae (et)<sup>2</sup> totam hac figura declamavit: Non sum, inquit, vobis dicturus qualis debeat esse venefica. Operam perdam si coepero describere debere esse aetate provectam, usu exercitatam, invisam viro, quae possit etiam filiam occidere. Supervacuum est uti pluribus verbis; in hac ipsa causa habemus veneficae exemplar. Comparemus inter se duas reas; nec est quod quaeratis aliquem qui cognitionem vestram per omnis comparationis partis ducat; ego vobis dicam quomodo illam accusaverim. Ego illi obieci ante actam vitam: vos huic 15 potestis obicere? Et sic omnia circumit et comparando defendit. Illam quaestiunculam, quae in

parando defendit. Illam quaestiunculam, quae in prima parte tractata erat a quibusdam, "an illi utique opus fuisset conscia," sic transcucurrit: aiebat, inquit, tota actione rea: "dic quam consciam habuerim"; ego negabam opus illi fuisse; aiebam:

## CONTROVERSIAE 9. 6.13-15

Vibius in his epilogue had said: "Nurse, lift up the accused." But he said he would not tolerate a saying of Haterius, who promised to be an orator, and proved himself one. He had said: "This defendant is not to be sent into exile—she must be carried there." Yet he knew, according to Cestius, that the transportation of persons going into exile is let by contract. What does he mean by this epigram? That the girl cannot walk at all, or that she cannot walk as far as her place of exile? The latter is true <sup>1</sup>—but then her mother couldn't have, either.

Silo, for the father, introduced a comparison of 14 mother and daughter, and his whole declamation was given this figure. " I am not going to tell you what sort of woman a poisoner should be. I should be wasting my time if I proceeded to describe how she should be advanced in age, rich in experience, detested by her husband, capable even of killing her daughter. It is superfluous to say more; in this very case we have the pattern of a poisoner. Let us compare the two defendants. Don't ask for someone to take your enquiry through all the points of comparison: I will tell you how I accused her. I reproached her with her previous career: can you do that to this girl?" He went through every point like this, and made a defence out of his comparison. The 15 little question that some had dealt with in the first part, viz. Had she needed an accomplice at all, he skated over like this: "The defendant kept saying throughout the trial: Tell me who my accomplice was. I said she had not needed one; I said: 'You

<sup>1</sup> Because the place of exile would be too far away, and perhaps an island.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Madvig.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Supplied by Schultingh.

in eadem domo eras, venenum notum erat, novercae occasio facilis conviventi, non eras suspecta, nemo te timebat †propter sororem†.

Ex altera parte hoc usus est colore: novercam ideo venenum dedisse ut filia sua sola heres esset; eandem 429M illi et consciam fuisse venefici et causam.

16 Omnes declamatores aiebat voluisse aliquid novi dicere illo loco quo nominabat noverca filiam consciam. Dixit, inquit, Hybreas: τί οὖν; ἐψεύσατο κατὰ τῆς ἰδίας θυγατρός; οὖκ· ἀλλὰ κατὰ τῆς ἐμῆς.

Hanc sententiam Fuscus Arellius, cum esset ex Asianis,<sup>1</sup> non casu dixit, sed transtulit ad verbum quidem: quid ergo? inquit, mentita est de filia sua? immo de mea.

Modestius hanc sententiam vertit Haterius: Quid ergo? mentita est? Quidni illa mentiretur de accusatoris sui filia?

17 Cestius dixit: nominavit privigni sui sororem.

Albucius dixit: quid habuit quod dubitaret an parceret filiae eius a quo occidebatur, sorori eius quem occiderat?

<sup>1</sup> Asianis Schultingh: asia.

## CONTROVERSIAE 9. 6.15-17

were in the same house, the poison was well-known. A step-mother living with her step-son has every opportunity.<sup>1</sup> You were not suspected—no-one was afraid of you on the sister's behalf."<sup>2</sup>

On the other side, he used this *colour*: the stepmother had given her step-son poison so that her daughter should be sole heiress; the same girl had been both her accomplice in the poisoning and her motive.

He said that all the declaimers had wanted to say 16 something novel at the point where the step-mother named her daughter as her accomplice. According to him, Hybreas said: "What? Did she lie against her own daughter? No, against mine."<sup>3</sup>

It was not by chance that Arellius Fuscus spoke this epigram—for he was one of the Asians; indeed he translated word for word: "What? Did she lie about her daughter? No, about mine."

Haterius gave the epigram a more restrained turn: "What? Did she lie? Why should she not lie about her accuser's daughter?"

Cestius said: " She named the sister of her step- 17 son."  $^{4}\,$ 

Albucius said: "What reason had she for hesitating whether to spare the daughter of one by whom she was being killed, the sister of one she had killed?"

<sup>1</sup> Cf. Decl. p. 426.7 Ritter.

<sup>2</sup> The last words are unclear.

<sup>3</sup> i.e. to get at me, she slandered the girl in her capacity as my child rather than her own; cf. above on §3 "In avenging my son . . ."

<sup>4</sup> This epigram gives allusively a motive for the mother to wish her own daughter ill; cf. also Nicetes' epigram in §18.

Triarius dixit: Quid ergo? mater mentita est? Tolle matris nomen: post damnationem noverca est.

Blandus dixit: nominabo istam quae patri adfuit, istam quae mortuo fratre  $\langle flevit \rangle$ ,<sup>1</sup> torta<sup>2</sup> matre non flevit.

Silo Pompeius dixit: "Filia" inquit" mihi conscia est." Post hoc eundem vultum eius notavi quem videram moriente privigno.

18 Montanus Votienus Marcellum Marcium, amicum suum, cuius frequenter mentionem in scriptis suis facit tamquam hominis diserti, aiebat hanc dixisse sententiam: Invenit quomodo damnata accusaret, moriens occideret, torta torqueret. Non est hoc indicium, sed alterum novercae veneficium.

Latro dixerat, cum descripsisset tormenta: Instabam super caput non accusator sed tortor; ipse ignes subiciebam, ipse ad intendendum eculeum manus admovebam. Ego non bibam sanguinem istius, non eruam oculos? Filium mihi eripuit; nisi citius illam 430M oppressissem, et filiam abstulisset.

Triarius dixit: cum accusarem, obieci veneficium; in ultima parte inter preces meas excitavi puellam ad ultionem fratris sui: haec res maxime iudices movit, haec maxume novercam offendit.

Albucius dixit: postquam nominavit filiam, ad me respexit: videlicet ut sciret an satis torsisset.

Nicetes egregie dixit in hoc eodem loco: συνοιδέ μοί, φησιν, ή θυγάτηρ· καὶ προσέθηκεν· ή τούτου.

<sup>1</sup> Supplied by Faber.

<sup>2</sup> torta Gronovius: a(c).

## CONTROVERSIAE 9. 6.17-18

Triarius said: "'What? Did a mother lie?' Get rid of the word mother; once she was condemned, she became a step-mother."

Blandus said: "I shall name the girl who stood by her father, who wept when her brother died, who did not weep when her mother was tortured."

Pompeius Silo said: "She said: My daughter is my accomplice. After this I noticed the same look on her face as I had seen when her step-son was dying."

Votienus Montanus said that his friend Marcius 18 Marcellus, whom he often mentions in his writings as an eloquent man, spoke this epigram: "She found a way to accuse though convicted, to kill while dying, to torture while under torture. This is no laying of information—it is a second poisoning by the stepmother."

Latro, describing the tortures, had said: "Standing over her, I urged on the work not as accuser but as torturer. I stoked the fire, my hands stretched the rack. Shall I not drink her blood, tear out her eyes? She took my son from me; if I hadn't crushed her first, she would have taken away my daughter too."

Triarius said: "When I was accusing her, I charged her with poisoning. In the last part of my speech, amidst my entreaties, I exhorted the girl to avenge her brother. That is what particularly influenced the judges—and particularly angered the step-mother."

Albucius said: "After she named her daughter, she looked at me, I suppose to find out whether she had tortured me enough."

At this same spot, Nicetes made an excellent remark: "She says: My accomplice is the daughter.<sup>1</sup> And she added: of this man."

 $<sup>^{1}</sup>$  The implication of the sentence so far in the Greek is: my daughter.

Montanus, cum diceret illum locum: quamvis 19 sceleratos parentes velle tamen innocentes liberos suos esse, dixit: potest ista filiam veneficam fingere. si potest facere; difficilius est liberos inquinare quam perdere. Et illud: Favete saeculo, iudices, cum ingentia scelera ferat, ne etiam inmatura tulerit; favete ut nullum scelus commissum sit nisi quod solet; favete ut potius noverca non desierit parricidium facere quam soror coeperit. Damnare illam potui, effugere non potui. Sero fecisti, noverca: si hoc ante dixisses, potuisti praevaricationem pacisci;  $\langle non \rangle^1$  recte cum damnareris animosa eras. Recte nihil potes facere. Si qua est fides, accusator insidias reae timui; nusquam a sinu meo dimisi puellam, ipse omnes praegustavi cibos. Incauta futuri mortalitas! postquam ad tortorem perduxi novercam, timere de filia desii.

20 Omnes illo colore usi sunt, a noverca nominatam 431M filiam in dolorem patris. Gallio plura dixit: fortasse, inquit, hanc nominavit ut veros conscios celaret, fortasse ut, quia acerrume instabat accusator, hoc metu territus finem tormentis inponeret, fortasse nimio dolore tormentorum stupefacta nescit quid loqueretur. Novissume dixit: fortasse *in hoc, ut* 

<sup>1</sup> Supplied by Schultingh.

## CONTROVERSIAE 9. 6.19-20

Montanus, while on the topic that parents, however 19 criminal, want their children to be innocent, said: "This woman is capable of falsely representing her daughter as a poisoner if she is capable of making her one.<sup>1</sup> It is more difficult to bring oneself to corrupt one's children than to kill them." Also: "Look favourably upon our time, judges, and decide that though it produces great crimes, it has not also produced precocious ones. Decide that no crime has been committed except the usual kind. Decide that it was a case of a step-mother not stopping her career of parricide rather than a sister beginning hers.-I was able to get her convicted; I was not able to escape her.—You acted too late, step-mother: if you had said this before, you could have bargained for my connivance; you were wrong to be noble<sup>2</sup> while you were still being condemned. You do everything wrong.-Believe me, I, the accuser, was afraid of the wiles of the defendant; I never let the girl go out of my lap, I tasted all her food in advance. How little thought can men take for the future! Once I had taken the step-mother to the torturer, I stopped fearing for my daughter."

Everyone used the *colour* that the step-mother 20 named the daughter to grieve the father. Gallio went further: "Perhaps," he said, "she named this girl in order to conceal her true accomplices, perhaps —for the accuser was pressing hard—in order to make him frightened and stop the torture; perhaps, rendered senseless by the extreme pain of the torture, she did not know what she was saying." Lastly he said:

<sup>2</sup> By not alleging at the trial that the girl was your accomplice, and leaving it to the torture-session that followed.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> If, as you allege, she made her daughter her accomplice, then she was also capable of the easier crime—which I allege —of pretending she was her accomplice.

quae poenas venefici dabat accusationis exigeret. Illum sensum adiecit: Ex meis hoc adfectibus aestumo: tunc cum ira, cum odio furerem, circumspiciebam omnis ultionis vias oblitus innocentiae, si proprios habuisset filios noverca, occidissem. In hanc ipsam quotiens impetum facere volui! Sed propter hoc a me tuta erat quod a matre non erat.

## CONTROVERSIAE 9. 6.20

"Perhaps it was so that she could exact for the accusation the penalty she was paying for the poisoning." He added this idea: "I judge this from my own feelings: when, crazy with anger and hatred, I had forgotten innocence, and was looking about me for any road to revenge, had the step-mother had sons of her own, I should have killed them. How often I wanted to rush at this girl herself! But she was safe from me just because she was not safe from her mother."

# CONTROVERSIARUM

446M

# LIBER DECIMUS

#### SENECA NOVATO, SENECAE, MELAE FILIIS SALUTEM.

1 Quod ultra mihi molesti sitis non est: interrogate si qua vultis, et sinite me ab istis iuvenilibus studiis ad senectutem meam reverti. Fatebor vobis, iam res taedio est. Primo libenter adsilui velut optimam vitae meae partem mihi reducturus: deinde iam me pudet, tamquam diu non seriam rem agam. Hoc habent scholasticorum studia: leviter tacta delectant, contrectata et propius admota fastidio sunt. Sinite ergo me semel exhaurire memoriam meam et dimittite vel adactum iureiurando quo adfirmem dixisse me quae scivi quaeque audivi quaeque ad hanc rem pertinere iudicavi.

2 Pertinere autem ad rem non puto quomodo L. Magius, gener T. Livi, declamaverit (quamvis aliquo tempore suum populum habuerit, cum illum homines

# BOOK 10

## PREFACE

# SENECA TO HIS SONS NOVATUS, SENECA AND MELA GREETINGS

You must trouble me no further: ask, if you have 1 any request, and let me get back from these youthful pursuits to my old age.<sup>1</sup> I will confess to you: by now I am tired of the whole thing. At first I leapt willingly at the idea, proposing to bring back to myself the best part of my life. More recently I have begun to be ashamed of a long period of triffing. This is what the studies of the schoolmen are like: if you touch lightly on them, they please; if you handle them and get nearer to them, they pall. Allow me, then, to dredge my memory once for all, and after that let me go—bound, if you like, by an oath <sup>2</sup> that I have said what I knew and what I have heard and what I judged to be relevant to this matter.

I don't think it *is* relevant to describe how Lucius 2 Magius, son-in-law to Livy, declaimed (though for a time he had his public, for, though people didn't praise

<sup>2</sup> Perhaps part of the formula used in the swearing in of witnesses (C. J. Fordyce, C.R. 52 [1938], 59).

 $<sup>^1</sup>$  Contrast C. 1 pr. 1. But Seneca is posing, for he went on to write the Suasoriae.

non in ipsius honorem laudarent, sed in soceri ferrent), quomodo L. Asprenas aut Quintilianus senex declamaverit: transeo istos, quorum fama cum ipsis extincta est. De Scauro si me interrogatis, cum illum mecum audieritis, iniqui estis. Non novi quemquam cuius ingenio populus Romanus pertinacius ignoverit. Dicebat neglegenter: saepe causam in ipsis subselliis, saepe dum amicitur discebat; deinde litiganti similior quam agenti cupiebat evocare aliquam vocem adversariorum et in altercationem pervenire: vires suas noverat. Nihil erat illo venustius, nihil paratius: genus dicendi antiquum, verborum quoque non vulgarium gravitas, ipse voltus habitusque corporis mire ad auctoritatem 3 oratoriam aptatus. Sed ex his omnibus sciri potest non quantum oratorem praestaret [ignarus] <sup>1</sup> Scaurus, sed quantum deservert. Pleraeque actiones malae, in omnibus tamen aliquod magni neglectique ingeni vestigium extabat. Raro aliqua actio bona, 448M sed quam fortunae imputares: eo illum longa, immo perpetua desidia perduxerat ut nihil curare vellet, nihil posset. Orationes septem edidit, quae deinde  $\langle ex \rangle^2$  senatus consulto combustae sunt. Bene cum

illo ignis egerat, sed extant libelli qui cum fama eius pugnant, multo quidem solutiores ipsis actionibus;

him for his own sake, they put up with him for the sake of his father-in-law), or how Lucius Asprenas or the old Quintilian declaimed. I pass over these men, whose fame died with them. If you ask me about Scaurus, you are cheating,<sup>1</sup> for you were with me when I heard him. I don't know anyone for whose talents the Roman people made such obstinate allowance. He spoke negligently; he often used to get a case up on the very benches of the court-room,<sup>2</sup> or while he was dressing. Again, he was more like a litigant than a counsel-he longed to provoke some hasty word from his opponents and get into a dispute: he knew his strength. Nothing more agreeable or quick-witted than he. His style of oratory was oldfashioned; his vocabulary, too, impressive and far from trite. His very countenance and mien were wonderfully suited to add to his weight as an orator. But from all this we may realise not how great an 3 orator Scaurus made, but what a great one he refused to be. Most of his speeches were bad, but all had some obvious trace of a great neglected talent. Rarely was a speech of his good—and when it was you might attribute it to good fortune. His persistent and indeed perpetual sloth had brought him to such a plight that he was neither able nor willing to take trouble about anything. He published seven speeches, later burnt at the senate's decree. The fire served him well. But there remain sketches<sup>3</sup> to fight against his reputation-and indeed they are

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> ignarus AB: ignaris V: omitted in M.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Supplied by C. F. W. Müller.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. C. 1 pr. 4.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Note the warning of Quintilian 12.8.2.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Apparently notes used in working up the speech: cf. Cicero's commentarii (Quintilian 10.7.30).

illas enim, cum destitueret cura, calor adiuvabat; hi caloris minus habent, neglegentiae non minus. Declamantem audivimus, et novissume quidem M. Lepido ita ut, quod difficillimum erat, sibi displiceret.

- 4 De T. Labieno interrogatis? Declamavit non quidem populo, sed egregie. Non admittebat populum et quia nondum haec consuetudo erat inducta et quia putabat turpe ac frivolae iactationis. Adfectabat enim censorium supercilium, cum alius animo esset: magnus orator, qui multa impedimenta eluctatus ad famam ingeni confitentibus magis hominibus pervenerat quam volentibus. Summa egestas 449M erat, summa infamia, summum odium. Magna autem debet esse eloquentia quae invitis placeat, et cum ingenia favor hominum ostendat, favor alat, quantam vim esse oportet quae inter obstantia erumpat! Nemo erat qui non, cum homini omnia obiceret, ingenio multum tribueret.
- <sup>5</sup> Color orationis antiquae, vigor novae, cultus inter nostrum ac prius saeculum medius, ut illum posset utraque pars sibi vindicare. Libertas tanta ut libertatis nomen excederet, et quia passim ordines hominesque laniabat Rabienus vocaretur. Animus inter vitia ingens et ad similitudinem ingeni sui violentus

even more listless than the actual speeches; for *they* were assisted by the heat of delivery, though he neglected to give them care, while the notes have less heat without being any less negligent. We heard him declaiming, last of all before Marcus Lepidus, in such a manner that even Scaurus himself was dissatisfied—a difficult feat.

Do you enquire about Titus Labienus? He was an 4 outstanding declaimer, though not one who performed in public. He didn't let the public in, both because this custom had not yet been introduced<sup>1</sup> and because he thought it shameful and indicative of a boastful frivolity. For he pretended to the severity of a censor, though his character was quite other; he was a great orator who had wrestled his way through many obstacles to arrive at a reputation for genius amid the grudging acknowledgement of men rather than their consent. He was very poor, very notorious, very hated. But great indeed must be the eloquence that pleases even the reluctant; and since it is the favour of men that marks out genius, their favour that nourishes it, how great must be the force that can burst through all obstacles to its course! There was no-one who did not grant much to the talent-while accusing the man of every crime.

His tone was that of the old oratory, his vigour that 5 of the new, his ornament midway between our age and the preceding one: so that he could be claimed by both sides. His freedom of speech was so great that it passed the bounds of freedom: and because he savaged all ranks and men alike, he was known as Rabienus.<sup>2</sup> Amid all his faults, he had a great spirit —one that was, like his genius, violent; despite the

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> See C. 4 pr. 2 n.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> With a play on *rabies*, "madness."

et qui Pompeianos spiritus nondum in tanta pace posuisset.

In hoc primum excogitata est nova poena; effectum est enim per inimicos ut omnes eius libri comburerentur: res nova et invisitata supplicium de studiis sumi. 6 Bono hercules publico ista in poenas ingeniorum versa<sup>1</sup> crudelitas post Ciceronem inventa est; quid enim futurum fuit si triumviris libuisset et ingenium Ciceronis proscribere ? Sunt di inmortales lenti quidem sed certi vindices generis humani, et magna exempla in caput invenientium regerunt, ac ius- 450M tissima patiendi vice quod quisque alieno excogitavit supplicio saepe expiat suo. Quae vos, dementissimi homines, tanta vecordia agitat? Parum videlicet in poenas notae crudelitatis est: conquirite in vosmet ipsos nova quibus pereatis, et si quid ab omni patientia rerum natura subduxit, sicut ingenium memoriamque nominis, invenite quemadmodum reducatis ad 7 eadem corporis mala. Facem studiis subdere et in monumenta disciplinarum animadvertere quanta et quam non contenta cetera materia saevitia est! Di melius, quod eo saeculo ista ingeniorum supplicia coeperunt quo ingenia desierant! Eius qui hanc in

# CONTROVERSIAE 10. preface 5-7

depth of the prevailing peace, it had not yet laid down its Pompeian  $^{1}$  passions.

It was for him that there was first devised a new punishment: his enemies saw to it that all his books were burnt.<sup>2</sup> It was an unheard of novelty that punishment should be exacted from literature. Cer- 6 tainly it was to everyone's advantage that this cruelty that turns on genius was devised later than the time of Cicero; for what would have happened if the triumvirs had been pleased to proscribe Cicero's talent as well as Cicero?<sup>3</sup> The immortal gods are slow but sure to punish the human race; they make severe penalties recoil on the heads of their devisersby a well-merited exchange of suffering, what a man has worked out to punish others often comes home to roost on himself. What appalling mania harries these madmen? I suppose familiar cruelties are insufficient punishment. Go ahead, look for fresh ways to perish -vourselves: and as for anything that nature has removed from all suffering-genius, and the memory of a name-find a way of subjecting it too to the ills that afflict the body. How great is the savagery that 7 puts a match to literature, and wreaks its vengeance on monuments of learning; how unsatisfied with its other victims! Thank god that these punishments for genius began in an age when genius had come to

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> ingeniorum versa Wachsmuth: ingeniosa,

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Natural in a (presumed) relation of a notable Pompeian, another Titus Labienus (for whom see R. Syme, *The Roman Revolution*, 67-8).

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> The fate of works of Scaurus (see above) and Cremutius Cordus (Sen. *Marc.* 1.3). For Tacitus' comments on such burnings see *Agr.* 2.1 and especially *Ann.* 4.35.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Compare the theme of S. 7 (where see esp. §11).

scripta Labieni sententiam dixerat postea viventis adhuc scripta conbusta sunt: iam non malo exemplo quia suo.

Non tulit hanc Labienus contumeliam nec superstes esse ingenio suo voluit, sed in monimenta se maiorum suorum ferri iussit atque ita includi, veritus scilicet ne ignis qui nomini suo subiectus erat corpori negaretur: non finivit tantum se ipse sed etiam sepelivit.

- 8 Memini aliquando, cum recitaret historiam, mag- 451M nam partem illum libri convolvisse et dixisse: haec quae transeo post mortem meam legentur. Quanta in illis libertas fuit quam etiam Labienus extimuit! Cassi Severi, hominis Labieno invisissimi, belle dicta res ferebatur illo tempore quo libri Labieni ex senatus consulto urebantur: nunc me, inquit, vivum uri oportet, qui illos edidici. Monstrabo bellum vobis libellum quem a Gallione vestro petatis. Recitavit rescriptum Labieno pro Bathyllo Maecenatis, in quo suspicietis adulescentis animum illos dentes ad mordendum provocantis.
- 9 <Nunc><sup>1</sup> autem, puto, iam nihil quod interrogetis restat. Musa rhetor, quem interdum solebatis audire, licet Mela meus contrahat frontem, multum habuit ingeni, nihil cordis: omnia usque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra sanitatem sed extra naturam essent. Quis enim ferat hominem de

an end!<sup>1</sup> The man <sup>2</sup> who had pronounced this judgement on Labienus' writings lived to see his own writings burnt: no longer an evil penalty, once it became his.

Labienus did not take this insult lying down, nor did he wish to outlive his own genius. He had himself carried to the tombs of his ancestors and walled up, fearing, I suppose, that the flames that had been put to his glory might be denied to his body: he not only finished his own life—he buried himself.

I remember that once, when he was reciting his 8 history, Labienus rolled up a good deal of the book, saying: "The parts I pass over will be read after my death." How great must have been their outspokenness if even Labienus was frightened of it! A pretty saying of Cassius Severus, a great enemy of Labienus', was in circulation at the time when Labienus' books were burnt at the decree of the senate: "I ought to be burnt alive now—I have those books by heart." Here is a nice book for you to ask for from your friend Gallio: he read out once a reply to Labienus on behalf of Bathyllus, Maecenas' freedman, a speech in which you will admire the spirit of a youth prepared to provoke *those* teeth to bite.

Now, I think, there is nothing left for you to ask. 9 The rhetorician Musa, whom you used sometimes to hear, had—however much my son Mela may frown much talent, but no sense: everything was taken to an extreme of bombast, so as to be beyond nature as well as beyond reason. Who would put up with a

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Kiessling.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> For this view of the decadence after Cicero see C. 1 pr. 6–7.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cassius Severus (I take it), for the burning of whose books see Suet. *Cal.* 16.

siphonibus dicentem "caelo repluunt" et de sparsionibus "odoratos imbres" et in cultum viridarium<sup>1</sup> "caelatas silvas" et in picturam "nemora surgentia "? aut illud quod de subitis mortibus memini 452M eum dicentem cum vos me illo perduxissetis: "Quidquid avium volitat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus. Quaere nunc cur subito moriamur: mortibus vivimus." 10 Non ergo, etiamsi iam manu missus erat, debuit de corio eius nobis satis fieri? Nec sum ex iudicibus severissimis qui omnia ad exactam regulam derigam : <sup>2</sup>

multa donanda ingeniis puto; sed donanda vitia, non portenta sunt. Si qua tamen tolerabiliter dicta sunt, non subtraham, licet non plura videantur: vos subiciatis.

Moschus non incommode dixit, sed ipse sibi nocuit; nam dum nihil non schemate dicere cupit, oratio eius non figurata erat sed prava. Itaque non inurbane Pacatus rhetor, cum illi Massiliae mane occurrisset, schemate illum salutavit: "poteram" inquit "dicere: ave, Mosche." Ipse ab eloquentia multum aberat; natus ad contumelias omnium ingeniis inurendas, nulli non inpressit aliquid quod

11 effugere non posset. Ille Passieno prima eius syllaba 453M in Graecum mutata obscenum nomen inposuit, ille

### CONTROVERSIAE 10. PREFACE 9-11

man saying of siphons: "They rain back at the sky," and about sprays: 1 " perfumed showers," or using the phrase "chiselled forests " of a spruce garden, and "springing glades" of a picture? Or what I remember him saying of sudden deaths one day when you took me along to listen to him: " Every bird that flies, every fish that swims, every beast that roams finds burial in our stomachs.<sup>2</sup> Now ask why we die suddenly: it is on deaths that we live." Should he 10 not have paid us for that with his hide, even if he had already been manumitted? I'm not one of those very rigid judges, determined to direct everything by a precise rule. I think that many concessions must be made to genius-but it is faults, not monstrosities that we must concede. However, if he did say anything tolerably, I won't suppress it, though there doesn't seem to be much: you can prompt me.

Moschus spoke not badly, but he was his own worst enemy: he burned to say everything by means of a figure, with the result that his oratory was not figured but warped. And so it was not without wit that the rhetorician Pacatus, meeting him one morning in Marseille, greeted him with a figure: "I could have said: Hail, Moschus."<sup>3</sup> He was far from eloquent; born to brand insults on the talents of all, he saddled everyone with something that could not be escaped. It was he who gave Passienus an obscene name by 11 changing the first syllable of his name into Greek.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Used for sweetening the air in a theatre.

<sup>2</sup> Bonner (A.J.P. 87 [1966], 273) compares Lucan 10.155 seq. <sup>3</sup> Cf. Quintilian's figure "possum dicere . . ." (9.2.47).

<sup>4</sup> Perhaps with a play on  $\pi a\sigma \chi$ -,  $\pi a\theta$ -, giving homosexual overtones. Romans enjoyed puns on names (Quintilian 6.3.53).

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> viridarium Kiessling: uiridium ABV: uirilium M.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> derigam Kiessling: redicam AB: -igam V: -icant M.

Sparso dixit scholam communem cum rhetore quodam, declamatore subtili sed arido,<sup>1</sup> habenti: tu potes controversiam intellegere, qui non intellegis te laterem lavare? Sparsus autem dicebat violenter, sed dure. Ad imitationem se Latronis derexerat, nec tamen umquam similis illi erat, nisi cum eadem diceret. Utebatur suis verbis, Latronis sententiis.

- 12 Cum Basso certamen illi fuit, quem vos quoque audistis, homine diserto, cui demptam velles quam consectabatur amaritudinem et simulationem actionis oratoriae. Nihil est indecentius quam ubi scholasticus forum quod non novit imitatur. Amabam itaque Capitonem, cuius declamatio est de Popillio, quae misero Latroni subicitur: bona fide scholasticus erat, in his declamationibus quae bene illi cesserunt nulli non post primum tetradeum praeferendus.
- 13 Primum tetradeum quod faciam quaeritis? La- 454M tronis, Fusci, Albuci, Gallionis. Hi quotiens conflixissent, penes Latronem gloria fuisset, penes Gallionem palma; reliquos ut vobis videbitur conponite: ego vobis omnium feci potestatem. Hos minus nobiles sinite in partem abire, Paternum et Moderatum, Fabium et si quis est nec clari nominis nec ignoti. Cum vobis ad satietatem vestram me praestiterim, permittite [me]<sup>2</sup> mihi et aliquos quos

It was he who said to Sparsus, who kept a school together with a certain rhetorician, who was an acute but dry declaimer: "Can *you* understand a *controversia*—when you don't understand that you're washing bricks?"<sup>1</sup> As for Sparsus, he spoke violently but harshly. He had set himself to imitate Latro—but he never resembled him except when he said the same things. He would use his own words, but Latro's ideas.

He was a rival of Bassus, whom *you* have listened to 12 as well as I: an eloquent man, whom one could have wished to have done without the bitterness he affected and without his imitation of an orator's delivery. Nothing is more indecorous than when a schoolman imitates the practices of the forum—of which he knows nothing. That is why I liked Capito, whose declamation on Popillius<sup>2</sup> gets palmed off on to the wretched Latro; he was a genuine schoolman, and in his successful declamations superior to all after the first quartet.

You ask whom I make the first quartet? Latro, 13 Fuscus, Albucius, Gallio. In every clash between them, Latro would have got the glory—but Gallio the prize. Rank the rest as you will: I have given you the chance to judge them all. Let the obscurer ones go their own way—Paternus and Moderatus, Fabius and anyone else who is neither famous nor unknown. But since I have given you my services to the point of sating you, let me produce from up my sleeve some

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> These four words (but with declamatori) appear in the manuscripts after inposuit: they were transposed by Gertz.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Deleted by Madvig.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> i.e. attempting the impossible (Otto, Sprichwörter, 187): I suppose in trying to make a school pay with so unsatisfactory a partner, whose dryness, of course, is part of the point.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> C. 7.2.5 seq.

## CONTROVERSIAE 10. PREFACE 13-15

# THE ELDER SENECA

non nostis ex sinu proferre, quibus quo minus ad famam pervenirent non ingenium defuit sed locus.

14 Bene declamavit Gavius Silo, cui Caesar Augustus, cum frequenter causas agentem in Tarraconensi colonia audisset, plenum testimonium reddidit; dixit enim: "numquam audivi patrem familiae disertiorem." Erat qui patrem familiae praeferret, oratorem subduceret: partem esse eloquentiae putabat eloquentiam abscondere.

Solebat declamare studiose et Turrinus Clodius. cuius filius fraterno vobis amore coniunctus est, adulescens summae eloquentiae futurus nisi mallet 455M exercere quantum habet quam consequi quantum 15 potest. Sed Turrinus pater multum viribus dempserat dum Apollodorum sequitur ac summam legem dicendi sectam putat; tantum tamen superfuit illi virium quantum valeret etiamsi ars abesset. Sententias dicebat excitatas, insidiosas, aliquid petentis. Numquam non de colore Latroni controversiam fecit. Latro numquam solebat disputare in convivio aut alio quam quo declamare poterat tempore. Dicebat quosdam esse colores prima facie duros et asperos: eos non posse nisi actione probari. Negabat itaque ulli se placere posse nisi totum; nosse enim semet<sup>1</sup> suas vires et illarum fiducia aliis metuenda et praerupta audere; multa se non persuadere iudici

<sup>1</sup> nosse enim semet M*üller*: nossent seet (see is M). others you don't know—ones who lacked the background <sup>1</sup> rather than the talent to arrive at fame.

Gavius Silo was a good declaimer. He was paid a 14 fine tribute by the emperor Augustus, who had heard him pleading a good many times in the colony of Tarraco. He said: "I've never heard a more eloquent family man." Silo was the sort of person to put forward the father of the family and keep the orator in the background; he thought it part of eloquence to hide one's eloquence.<sup>2</sup>

Clodius Turrinus, too, used to put a lot into his declamation; his son you regard with a brotherly affection-a youth who would master the highest eloquence if he did not prefer to practise what he has rather than to acquire what he is capable of. But the 15 elder Turrinus had removed a good deal of his own force by following Apollodorus <sup>3</sup> and regarding his sect as the supreme rule of oratory: but he had enough strength left over to be effective even in the absence of art. His epigrams were vigorous, wily and pointed. He always used to discuss the topic of the *colour* with Latro. Latro never used to debate at supper or at any other time when he could not declaim. He used to say some colours are at first sight hard and harsh-they can only win acceptance in the course of a speech. He said he could only please as a whole; he knew his own strength, and relying on it ventured on things that were perilous and frightening to others. In many matters he did not persuade the judge, but imposed on him.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Seneca proceeds to discuss some declaimers from his native province. Its remoteness is seen as a disdavantage: cf. what is said of Turrinus in §16.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> For art hiding art, see Colson's notes in his edition of Quintilian Book 1, pp. 142, 179.
<sup>3</sup> C. 2.1.36 n.

16 sed auferre. Turrinus contra nihil probare nisi tutum; non quia inbecillus erat sed quia circumspec- 456M tus. Causas nemo diligentius proposuit, nemo respondit paratius; et pecuniam itaque et dignitatem, quam primam in provincia Hispania habuit, eloquentiae debuit. Natus quidem erat patre splendidissimo, avo divi Iuli hospite, sed civili bello attenuatas domus nobilis vires excitavit, et ita ad summam perduxit dignitatem ut, si quid illi defuerit, scias locum defuisse.

Inde filius quoque eius, id est meus—numquam enim illum a vobis distinxi—, habet in dicendo controversiam paternam diligentiam, qua vires ingenii sui ex industria retundit. Hoc et in ipso genere vitae sequitur, ad summa evasurus iuvenis nisi modicis contentus esset, et ideo dignus est cuius tam modestis cupiditatibus Fortuna praestet fidem.

Horum nomina non me a nimio favore sed a certo posuisse iudicio scietis cum sententias eorum rettulero aut pares notissimorum auctorum sententiis aut praeferendas.

## CONTROVERSIAE 10. PREFACE 16

Turrinus, on the other hand, approved nothing that 16 was risky: not because he was feeble, but because he was cautious. No-one put forward cases more carefully, no-one replied with more readiness: so it was that he owed to his eloquence his wealth and his preeminent prestige in the province of Spain. His father was highly distinguished, his grandfather had entertained the blessed Julius. His house, noble as it was, had been weakened in the civil wars, but Turrinus brought it back to life, and raised it to the highest honours—so that, if he lacked anything, it was, you should realise, the right place to display his quality.

As a result, his son—or rather mine, for I have never made any distinction between him and you has his father's careful approach to declamation, and thus purposely blunts the edge of his talent. This is the young man's way even in his private life: he would get to the top if he weren't unambitious; so he deserves that Fortune should smile on his so moderate desires.

Once I have recounted their epigrams, which are equal or perhaps superior to those of the most renowned authors, you will see that I have set down the names of these men not out of excess of enthusiasm for them, but on the basis of a considered judgement. Ι

LUGENS DIVITEM SEQUENS FILIUS PAUPERIS

## Iniuriarum sit actio.

Quidam, cum haberet filium et divitem inimicum, occisus inspoliatus inventus est. Adulescens sordidatus divitem sequebatur; dives 457M eduxit in ius eum et postulavit ut si quid suspicaretur accusaret se. Pauper ait: "accusabo cum potero" et nihilominus sordidatus divitem sequebatur. Cum peteret honores dives, repulsus accusat iniuriarum pauperem.

1 VIBI GALLI. Gratias ago diviti quod quos odit iam reos facere contentus est. Interdiu nobis publico interdicitur; quaerite quid nocte fiat. "Non ambulabis" inquit "eadem via qua ego, non calcabis vestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidam vestem, non flebis invito me, non tacebis": perieramus si hic magistratus esset.

ALBUCI SILI. Quod sordidatus fui, luctus est; quod flevi, pietatis est; quod non accusavi, timoris est; quod 1

## The Grieving Poor Man's Son who Followed the Rich Man<sup>1</sup>

## An action may lie for injury.<sup>2</sup>

A man who had a son and a rich enemy was found killed, though not robbed. The youth, dressed in mourning, began to follow the rich man about. The rich man took him to court, and demanded that if he had any suspicions he should accuse him. The poor man said: " I shall accuse when I can," and continued to follow the rich man in mourning clothes just the same. The rich man stood for office, but was rejected; he accuses the poor man of injury.

## For the son

VIBIUS GALLUS. I am grateful to the rich man that 1 nowadays he is satisfied to bring those he hates to court.<sup>3</sup>—By day I am barred from appearing in public; ask yourselves what may happen at night.—" You shall not walk," he says, " on the same road as I, nor tread in my footsteps, nor afford my fastidious eyes the sight of your black clothes, nor weep or keep silent if I do not wish it." I should be dead if this man were magistrate.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Cf. Quintilian 12.2.28 (as emended by Stroux). According to Stoic belief, human souls, when purged of bodily ills, merged in the divinity of the universe: see e.g. E. V. Arnold, *Roman Stoicism* (1911), esp. 268 (with many parallels from Seneca the philosopher).

<sup>&</sup>lt;sup>4</sup> Text doubtful: Hispanus may be referring to the senate.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> Antony proscribed his uncle, Lepidus his brother (Vell. Pat. 2.67.3: Flor. 2.16.4). These concessions are represented as having forced Octavian's hand over Cicero (cf. Plut. Cic. 46).

cinia, tot clientelas, et maximum beneficiorum tuo- 562M rum, (consulatum)<sup>1</sup>ipsum: iam intelleges Ciceronem in mortem cogi posse, in preces non posse.

ARGENTARI. Explicantur triumviralis regni delicata convivia, et popina tributo gentium instruitur; ipse vino et somno marcidus deficientes oculos ad capita proscriptorum levat. Iam ad ista non satis est dicere: "hominem nequam!"

- 8 DIVISIO. Latro sic hanc divisit suasoriam: etiamsi impetrare vitam ab Antonio potes, non est tanti rogare; deinde: impetrare non potes. In priore illa parte posuit turpe esse cuilibet Romano, nedum Ciceroni, vitam rogare; hoc loco hominum qui ultro mortem adprehendissent exempla posuit. Deinde: vilis [illis] vita<sup>2</sup> futura  $\langle est \rangle^3$  et morte gravior detracta libertate. Hic omnem acerbitatem servitutis futurae descripsit. Deinde: non futurum fidei impetratae beneficium. Hic cum dixisset: "aliquid erit quod Antonium offendat, aut factum tuum aut dictum aut silentium aut vultus," adiecit sententiam: †aut erit† placiturus es.
- 9 Albucius aliter divisit; primam partem fecit: moriendum esse Ciceroni, etiamsi nemo proscriberet 563M
  - <sup>1</sup> Supplied by Linde, Köhler.
  - <sup>2</sup> vilis vita Č. F. W. Müller: utilis (inutilis V) illis uita.
  - <sup>3</sup> Supplied by Gertz.
  - <sup>1</sup> Cf. C. 9.2.7. For Antony's gluttony see e.g. Phil. 2.69, 3.20.
    - <sup>2</sup> Phil. 2.77.

# SUASORIAE 6.7-9

all those favours to your clients, and—greatest of your services—your consulship itself: then you will see that if Cicero can be made to die, he cannot be made to beg.

ARGENTARIUS. The luxurious banquets of the triumvir kings are set forth, the kitchens equipped with the tribute of the world; he himself, reeling with wine and sleep, raises drooping eyes to the heads of those he proscribed.<sup>1</sup> In face of this it is not now enough to say: "Villain!"<sup>2</sup>

# Division

Latro divided this *suasoria* thus: Even if you can 8 win your life from Antony, it is not worth the price. Then: You cannot win it. In the first part he placed the argument that it is shameful for any Roman, let alone Cicero, to beg for his life. Here he adduced examples of men who had sought death voluntarily. Then: Life will be worthless, harder than death, liberty once lost. Here he described all the bitterness of the slavery to come. Next: You will not reap the benefit of any assurance you win from him. Here, after saying: "There will be something to offend Antony, an action on your part, a word, a silence, a look,"<sup>3</sup> he added the epigram: "... you will please."

Albucius had a different division. He made the 9 first part: Cicero must die even if nobody proscribed

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> With allusion to Cic. *ad Fam.* 10.1.1. The following epigram is textually uncertain. Seneca may have written *sic placiturus es:* "*That* (i.e. by offending Antony) is the way you will please" (by giving him a pretext to kill you). Cf. *C.5.2.* 

eum. Hic insectatio temporum fuit. Deinde: moriendum esse illi sua sponte, quom moriendum esset etiamsi mori noluisset; graves odiorum causas esse; maximam causam proscriptionis ipsum esse Ciceronem. Et solus ex declamatoribus temptavit dicere non unum illi esse Antonium infestum. Hoc loco dixit illam sententiam: "si cui ex triumviris non es invisus, gravis es," et illam sententiam, quae valde excepta est: "roga, Cicero, exora unum, ut tribus servias."

10 Cestius sic divisit: mori tibi utile est, honestum est, necesse est, ut liber et inlibatae dignitatis consummes vitam. Hic illam sententiam dixit audacem: ut numereris cum Catone, qui servire (ne)<sup>1</sup> Antonio quidem nondum domino potuit. Marcellus hunc sensum de Catone melius: usque eone omnia cum fortuna populi Romani conversa sunt ut aliquis deliberet utrum satius sit vivere cum Antonio an mori cum Catone?

Sed ad divisionem Cesti revertamur. Dixit utile esse ne etiam cruciatus corporis pateretur: non simplici illum modo periturum si in Antonii manus<sup>2</sup> incidisset. In hac parte cum descripsisset contumelias insultantium Ciceroni et verbera et tormenta, dixit illam multum laudatam sententiam: tu mehercules, Cicero, cum veneris ad Antonium, mortem rogabis.

11 Varius Geminus sic divisit: hortarer te, si nunc alterutrum utique faciendum esset, aut moriendum

<sup>1</sup> Supplied by Bursian.

<sup>2</sup> manus early editors: manibus.

him. Here came an invective against the times. Then: He should die of his own volition, seeing that he had to die even if he did not wish to. There were weighty reasons for hatred; the greatest cause of the proscription was Cicero himself. And he alone of the declaimers tried saying that Antony was not Cicero's only enemy; it was here that he uttered the wellknown epigram: "Any of the triumvirs who does not hate you finds you a burden," and the very popular one: "Ask, Cicero, and beseech one man, only to become the slave of three."

Cestius' division was as follows: It is expedient for 10 you to die, it is honourable, it is necessary if you are to crown your life in freedom, dignity unimpaired. Here he spoke the bold epigram: "That you may be numbered with Cato, who was incapable of slavery even before Antony became master."<sup>1</sup> Marcellus produced a better idea on Cato: "Has everything so changed along with the fortunes of the Roman people that there should be debate whether it is better to live with Antony or die with Cato?"

But to return to Cestius' division. He said that it was expedient for Cicero to die so that he should avoid bodily tortures as well: his death would be no straightforward one if he fell into the hands of Antony. In this section, after describing the insults, blows and tortures to be inflicted by Cicero's mockers, he spoke the highly praised epigram: "When you come before Antony, Cicero, you will beg—to die." Varius Geminus divided like this: "I should 11

Varius Geminus divided like this: "I should 11 advise you, if you had to choose now between death

 $^1$  For this (not altogether certain) epigram, cf. §2 ". . . and he had not Antony to beg."

aut rogandum, ut morereris potius quam rogares; 564M et omnia conplexus est quae a ceteris dicta erant; sed addidit et tertium; adhortatus est illum ad fugam: illic esse M. Brutum, illic C. Cassium, illic Sex. Pompeium. Et adiecit illam sententiam quam Cassius Severus unice mirabatur: quid deficimus? et res publica suos triumviros habet. Deinde etiam quas petere posset regiones percucurrit: Siciliam dixit vindicatam esse ab illo, Ciliciam a proconsule egregie administratam, familiares studiis eius et Achaiam et Asiam, Deiotari regnum obligatum beneficiis, Aegyptum et habere beneficii memoriam et agere perfidiae paenitentiam. Sed maxime illum in Asiam et in Macedoniam hortatus est in Cassi et in Bruti castra. Itaque Cassius Severus aiebat alios declamasse, Varium Geminum vivum consilium dedisse.

Alteram partem pauci declamaverunt. Nemo 12 (paene)<sup>1</sup> ausus est Ciceronem ad deprecandum Antonium hortari; bene de Ciceronis animo iudicaverunt. Geminus Varius declamavit alteram quoque partem et ait: Spero me Ciceroni meo persuasurum ut velit vivere. Quod grandia loquitur et dicit: "mors nec immatura consulari nec misera sapienti," non movet me: idiotam gerit;<sup>2</sup> ego

#### SUASORIAE 6.11-12

and begging pardon, to die rather than beg." And he included all the points made by the other declaimers, adding, however, a third: he exhorted him to flee. Brutus, Cassius and Sextus Pompeius had fled. And he added an epigram particularly admired by Cassius Severus: "Why do we lose heart? The republic too has its triumvirs."<sup>1</sup> Then he ran through all the regions Cicero could make for. Sicily had been avenged by him, Cilicia excellently administered under his governorship; Achaia and Asia were familiar from his student days.<sup>2</sup> Deiotarus' kingdom was bound to him by services rendered, Egypt remembered a benefit conferred—and also repented of an act of treachery.<sup>3</sup> But he especially urged him to go to the camp of Brutus and Cassius in Asia and Macedonia. Thus it was that Cassius Severus used to say that while others had declaimed Varius Geminus had given realistic advice.

Few declaimed the other side. Almost no-one 12 ventured to exhort Cicero to beg pardon of Antony: they had too high an opinion of Cicero's spirit. Varius Geminus declaimed this side as well as the other, saying: "I hope I will persuade my friend Cicero to consent to live. I am not moved by his fine talk, the way he says: 4 ' Death is not early for a former consul nor distressing for a wise man.' He is a private

<sup>1</sup> In the Republican leaders just mentioned.

<sup>2</sup> Cicero had prosecuted Verres, the plunderer of Sicily, in 70 B.C., and had been governor of Cilicia in 51 B.C. He had studied oratory in Athens and Asia Minor (Brut. 315).

<sup>3</sup> Cicero defended Deiotarus (45 B.C.), and aided Ptolemy Auletes in 56 B.C. Egypt had been the scene of Pompey's murder.

<sup>4</sup> Cat. 4.3, with Phil. 2.119 (cf. C. 7.2.10).

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Gertz. <sup>2</sup> gerit Müller: perit.

belle mores hominis novi: faciet, rogabit. Nam quod ad servitutem pertinet, non recusabit; iam collum tritum habet; et Pompeius illum et Caesar subegerunt: veteranum mancipium videtis. Et com- 565M plura alia dixit scurrilia, ut illi mos erat.

- Divisit sic ut diceret non turpiter rogaturum, non 13 frustra rogaturum. In priore parte illud posuit, non esse turpe civem victorem rogari a victo. Hic quam multi rogassent C. Caesarem, hic et Ligarium. Deinde: ne iniquum quidem esse Ciceronem satis facere, qui prior illum proscripsisset, qui hostem iudicasset: a reo semper nasci satisfactionem; audacter rogaret.<sup>1</sup> Deinde: non pro vita illum, sed pro re publica rogaturum: satis illum sibi vixisse, rei publicae parum. In sequenti parte dixit exorari solere inimicos: ipsum exoratum [a]<sup>2</sup> Vatinio [Gaio quoque Verri]<sup>3</sup> adfuisse. Facilius exorari Antonium posse, qui cum tertio esset,<sup>4</sup> ne quis  $\langle e \rangle^5$  tribus hanc tam speciosam clementiae occasionem praeriperet. Fortasse ei irasci Antonium, qui ne tanti quidem illum
- 14 putasset quem rogaret. Fuga quam periculosa esset cum descripsisset, adiecit quocumque pervenisset serviendum illi esse: ferendam esse aut Cassii violentiam aut Bruti superbiam aut Pompei stultitiam.
  - <sup>1</sup> audacter rogaret *Traube*: acda(c)to rogari.
  - <sup>2</sup> Deleted by Müller.
  - <sup>3</sup> Deleted by the editor as an ill-informed gloss.
  - <sup>4</sup> This clause is very doubtful.
  - <sup>5</sup> Supplied by Faber.

# SUASORIAE 6.12-14

citizen now. I am pretty sure of the character of the man; he will do it, he will beg pardon. As to slavery, he will not refuse it; his neck is already worn— Pompey and Caesar have broken him in: you see before you an experienced slave." And, as usual, he had many other jeers to make.

His division was: if Cicero were to beg pardon, he 13 would do so with honour and with success. In the first section he placed the point that there is nothing shameful in the defeated begging pardon of a victorious fellow-citizen. Here he observed how many had begged pardon of Julius Caesar, for instance Ligarius. Nor, again, was it unfair that Cicero should make amends: he had been the first to proscribe Antony and dub him public enemy. Making amends should always start with the man on the defensive; let Cicero pluck up his courage-and ask. Again, he would not be pleading for his own life but for the republic.<sup>1</sup> He had lived long enough for himself-but not long enough for Rome. In the second section he said enemies are often won over: Cicero had been won over and had defended Vatinius.<sup>2</sup> Antony could be won over more easily; being only one of three, he would not want one of the other two to snatch from him so splendid an opportunity for clemency. Perhaps Antony was angry with Cicero for not thinking him worth begging. He described 14 how dangerous flight was, adding that Cicero must be a slave wherever he went: he had to put up with either Cassius' violence, Brutus' hauteur or Pompey's stupidity.

<sup>2</sup> For Cicero's speeches for and against Vatinius see Quintilian 11.1.73.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. Quintilian 3.8.46.

Quoniam in hanc suasoriam incidimus, non alienum puto indicare quomodo quisque se ex historicis 566M adversus memoriam Ciceronis gesserit. Nam, quin Cicero nec tam timidus fuerit ut rogaret Antonium nec tam stultus ut exorari posse eum speraret nemo dubitat, excepto Asinio Pollione, qui infestissimus famae Ciceronis permansit. Et is etiam occasionem scholasticis alterius suasoriae dedit; solent enim scholastici declamitare: deliberat Cicero an salutem promittente Antonio orationes suas comburat. Haec 15 inepte ficta cuilibet videri potest. Pollio vult illam veram videri; ita enim dixit in ea oratione quam pro Lamia edidit. ASINI POLLIONIS. Itaque numquam per Ciceronem mora fuit quin eiuraret suas [esse]<sup>1</sup> quas cupidissime effuderat orationes in Antonium; multiplicesque numero et accuratius scriptas illis contrarias edere ac vel ipse palam pro contione recitare pollicebatur; adieceratque<sup>2</sup> his alia sordidiora multo, ut [tibi] <sup>3</sup> facile liqueret hoc totum adeo falsum esse ut ne ipse quidem Pollio in historiis suis ponere ausus sit. Huic certe actioni eius pro Lamia qui interfuerunt, negant eum haec dixisse-nec enim mentiri sub triumvirorum conscientia sustinebat-sed postea conposuisse.

16 Nolo autem vos, iuvenes mei, contristari quod a declamatoribus ad historicos transeo: satis faciam

<sup>2</sup> adieceratque C. F. W. Müller: ceteraque.

## SUASORIAE 6.14-16

Since I have happened on this theme, it's not, I think, irrelevant to point out how each of the historians showed up in treating the memory of Cicero. All concede that Cicero was neither coward enough to plead with Antony, nor stupid enough to hope that Antony could be won over: all, that is, except Asinius Pollio,<sup>1</sup> who remained the most implacable enemy of Cicero's reputation. And he actually gave the schoolmen a handle for a second suasoria-for they often declaim on the theme: "Cicero deliberates whether to burn his speeches on Antony's promising him his life."<sup>2</sup> Anyone must realise that this is a crude fiction. Pollio wants to make us think it the 15 truth. For this is what he said in his published speech for Lamia: "Thus Cicero never hesitated to go back on his passionate outpourings against Antony; he promised to produce, more carefully, many times more speeches in the opposite sense, and even to recite them personally at a public meeting." This together with other things much more shabby: from which it was quite clear that the whole was false -in fact even Pollio himself did not venture to find a place for it in his history. Indeed eve-witnesses of his speech for Lamia assert that he didn't say these things, not being prepared to lie when the triumvirs could show him up, but composed them later.

However, my dear young men, I don't want you to 16 get depressed because I am passing from declamation to history. I will make amends to you:<sup>3</sup> though I

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Deleted by Müller.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Deleted by Brakman.

 $<sup>^1\,</sup>$  For Pollio and Cicero see Quintilian 12.1.22 with Austin's n.  $^2\,$  See S. 7.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> i.e. by returning to declamation: see the end of this suasoria.

vobis. Sed <sup>1</sup> fortasse efficiam ut his sententiis lectis solidis et verum habentibus  $\langle robur a scholasticis \rangle^2$ recedatis; et, quia hoc [si tam]<sup>3</sup> recta via consequi 567M non potero, decipere vos cogar, velut salutarem daturus pueris potionem. Sumite pocula.

T. Livius<sup>4</sup> adeo retractationis consilium habuisse Ciceronem non dicit ut neget tempus habuisse; ita 17 enim ait. T. LIVI. M. Cicero sub adventum triumvirorum urbe cesserat, pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi se quam Caesari Cassium et Brutum posse; primo in Tusculanum fugerat, inde transversis itineribus in Formianum ut ab Caieta navem conscensurus proficiscitur. Unde aliquotiens in altum provectum cum modo venti adversi rettulissent, modo ipse iactationem navis caeco volvente fluctu pati non posset, taedium tandem eum et fugae et vitae cepit, regressusque ad superiorem villam, quae paulo plus mille passibus a mari abest, "moriar" inquit "in patria saepe servata." Satis constat servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam et quietos pati quod sors iniqua cogeret iussisse. Prominenti ex lectica praebentique inmotam cervicem caput praecisum est. Nec (id)<sup>5</sup> satis stolidae crudelitati 568M militum fuit: manus quoque scripsisse aliquid in

<sup>1</sup> sed Gertz: et.

<sup>2</sup> Supplied by Castiglioni after Bursian.

<sup>8</sup> Deleted by the editor.

<sup>4</sup> Sumite pocula. T. Livius *Müller*: sum(p)ti poculi (populi *AB*) huius.

# SUASORIAE 6.16-17

may perhaps make you give up the schoolmen once you've read these solid and truly powerful sentiments. And, as I shan't be able to bring this about straightforwardly, I shall have to deceive you, like someone wanting to give medicine to a child. Take up your glasses.<sup>1</sup>

Livy is so far from saying that Cicero planned to retract that he asserts he had not time to do so. This is what he says: <sup>2</sup> " Marcus Cicero had left the city at 17 the approach of the triumvirs, rightly regarding it as certain that he could no more be rescued from Antony than Cassius and Brutus from Caesar.<sup>3</sup> First he had fled to his estate at Tusculum, then crosscountry to his house at Formiae, intending to take ship at Caieta. He put out to sea several times, but sometimes the winds were against him and forced him back, sometimes he himself could not put up with the tossing of the vessel as it rolled on the dark groundswell. Finally he grew weary of flight and of life, and, returning to the inland villa, which is little more than a mile from the sea, he said: 'I shall die in the country I so often saved.' There is no doubt that his slaves bravely and loyally showed readiness to make a fight of it; and that it was Cicero himself who ordered them to put down the litter and suffer calmly the compulsions of a harsh fate. He leaned from where he sat, and offered his neck without a tremor; his head was struck off. The soldiers, in their stupid cruelty, were not satisfied. They cut off the hands,

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup> Supplied by Müller.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Cf. Lucr. 1.936-8 = 4.11-13.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> For accounts of Cicero's death see C. 7.2 n.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> i.e. Octavian, who, with Antony, defeated Brutus and Cassius at Philippi.

Antonium exprobrantes praeciderunt. Ita relatum caput ad Antonium iussuque eius inter duas manus in rostris positum, ubi ille consul, ubi saepe consularis, ubi eo ipso anno adversus Antonium quanta nulla umquam humana vox cum admiratione eloquentiae auditus fuerat; vix attollentes lacrimis oculos humentes intueri truncata membra cives <sup>1</sup> poterant.

- 18 Bassus Aufidius et ipse nihil de animo Ciceronis dubitavit, quin fortiter se morti non praebuerit tantum sed obtulerit. AUFIDI BASSI. Cicero paulum remoto velo postquam armatos vidit, "ego vero consisto," ait; "accede, veterane, et, si hoc saltim potes recte facere, incide cervicem." Trementi deinde dubitantique: "quid si ad me" inquit "primum venissetis?"
- 19 Cremutius Cordus et ipse ait Ciceronem secum cogitasse utrumne Brutum an Cassium an Sex. Pompeium peteret; omnia illi displicuisse praeter mortem. CREMUTI CORDI. Quibus visis laetus Antonius, cum peraetam proscriptionem suam dixisset esse, quippe non satiatus modo caedendis civibus sed differtus quoque, super rostra exponit. Itaque, quo saepius ille ingenti circumfusus turba processerat, quam<sup>2</sup> paulo ante coluerat piis contionibus, quibus multorum capita servaverat, <eo>³ tum per artus sublatus<sup>4</sup> aliter ac solitus erat a civibus suis conspectus est, praependenti capiti orique eius inspersa 569M
  - <sup>1</sup> cives C. F. W. Müller: ciuis.
  - <sup>2</sup> quam ed.: quae.
  - <sup>3</sup> Supplied by Gertz.
  - sublatus Gertz: suos latus.

# SUASORIAE 6.17-19

too, cursing them for having written attacks on Antony. The head was taken back to Antony, and, on his orders, placed between the two hands on the rostra, where as consul, and often as ex-consul, and in that very year attacking Antony, he had been heard amid such admiration for his eloquence as had rewarded no other human voice.<sup>1</sup> The Romans could scarcely bear to lift eyes wet with tears to look on his mutilated body."

Aufidius Bassus, too, had no doubts of the spirit of 18 Cicero: he was convinced that he had had the courage to expose and indeed to offer himself to death. "Cicero drew aside the curtain a little, and seeing the armed men said: 'I am stopping here; approach, soldier, and if you can do *this*<sup>2</sup> properly cut off my head.' Then, as the soldier trembled and hesitated: 'What if you had come to me first?'"<sup>3</sup>

Cremutius Cordus, too, said Cicero pondered 19 whether to make for Brutus, Cassius or Sextus Pompeius—but only death found favour with him. "Seeing this Antony was glad. He said that his proscription was over, for he was sated, and indeed stuffed full of citizen blood; and he displayed Cicero on the rostra. And so, in the place to which he had so often gone, surrounded by a vast throng, which he had shortly before courted with the patriotic speeches that had been the salvation of so many, he was now raised, limb by limb, to be viewed by his fellow countrymen in a new state, blood spattered over his

<sup>1</sup> Cf. Juv. 10.120, with Mayor's notes.

<sup>2</sup> There being nothing proper (*rectum*) about assassination, the actual cut should be properly (*recte*) made.

<sup>3</sup> i.e. what if I had been your first victim?

sanie, brevi ante princeps senatus Romanique nominis titulus, tum pretium interfectoris sui. Praecipue tamen solvit pectora omnium in lacrimas gemitusque visa ad caput eius deligata manus dextera, divinae eloquentiae ministra; ceterorumque caedes privatos luctus excitaverunt, illa una communem.

- 20 BRUTTEDI NIGRI. Elapsus interim altera parte villae Cicero lectica per agros ferebatur; sed, ut vidit adpropinquare notum sibi militem, Popillium nomine, memor defensum a se laetiore vultu aspexit. At ille victoribus id ipsum imputaturus occupat facinus, caputque decisum nihil in ultimo fine vitae facientis quod alterutram in partem posset notari Antonio portat, oblitus se paulo ante defensum ab illo. Et hic voluit positi in rostris capitis miserabilem faciem describere, sed magnitudine rei obrutus
- 21 est: [Bruttedi Nigri]<sup>1</sup> Ut vero iussu Antonii inter duas manus positum in rostris caput conspectum est, quo totiens auditum erat loco, datae gemitu et fletu maximo viro inferiae, nec, ut solet, vitam depositi in rostris corporis contio audivit sed ipsa narravit. Nulla non pars fori aliquo actionis inclutae signata vestigio erat; nemo non aliquod eius in se meritum fatebatur: hoc certe publicum beneficium

<sup>1</sup> Deleted by C. F. W. Müller, Morgenstern.

#### SUASORIAE 6.19-21

lips and lolling head. Shortly before, he had been leader of the senate, glory of the Roman name: now he was merely a source of profit to his killer. What most set men weeping and wailing was the sight of his right hand, tied by the side of his head: the hand that had been the servant of that god-like eloquence. The murder of the others provoked private grief this alone excited public mourning."

this alone excited public mourning." BRUTTEDIUS NIGER. "Meanwhile, slipping out at 20 the other side of the villa, Cicero was borne through the fields in a litter. But when he saw approaching him a soldier he knew, Popillius, his countenance lightened, for he remembered defending him in court. The soldier, however, proposing to make this a further point in his favour with the victors, wasted no time in committing his crime. Cicero, at this last moment of his life, did nothing that could be censured one way or the other. His head was cut off, and carried to Antony by the soldier, who forgot that Cicero had defended him shortly before." Bruttedius, too, wanted to enlarge on the pitiful appearance of the head on the rostra, but he was overcome by the magnitude of the task. "But when, on Antony's orders, 21 the head was placed for public viewing between the two hands on the rostra, where it had so often been heard, the great man was given his funeral offerings in groans and tears. The assembled people did not, as is customary, hear the biography of the body on the rostra, but they narrated it. Every part of the forum was marked by the memory of some glorious pleading; everyone had a benefit done him by Cicero to proclaim. There was no doubt of at least one service to Rome: he had put off that miserable

palam erat, illam miserrimi temporis servitutem a Catilina dilatam in Antonium.

Quotiens magni alicuius (viri)<sup>1</sup> mors ab historicis 570M narrata est, totiens fere consummatio totius vitae et quasi funebris laudatio redditur. Hoc, semel aut iterum a Thucydide factum, item in paucissimis personis usurpatum a Sallustio, T. Livius benignus omnibus magnis viris praestitit; sequentes historici multo id effusius fecerunt. Ciceroni hoc, ut Graeco 22 verbo utar,  $\epsilon \pi i \tau \alpha \phi_{iOV}$  Livius reddit. T. Livi. Vixit tres et sexaginta annos, ut, si vis afuisset, ne inmatura quidem mors videri possit. Ingenium et operibus et praemiis operum felix, ipse fortunae diu prosperae; sed in longo tenore felicitatis magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium pro quibus steterat, filiae morte, exitu tam tristi atque acerbo, omnium adversorum nihil ut viro dignum erat tulit praeter mortem, quae vere aestimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico (nihil)<sup>2</sup> crudelius passus erat quam quod eiusdem fortunae conpos ipse 3 fecisset. Si quis tamen virtutibus vitia pensarit, vir magnus ac memorabilis fuit et in cuius laudes exequendas Cicerone laudatore opus fuerit. Ut est natura candidissimus omnium magnorum ingeniorum aestimator T. Livius, plenissimum Ciceroni testimonium reddidit.

Cordi Cremuti non est operae pretium referre 571M 23 redditam Ciceroni laudationem; nihil enim in ea Cicerone dignum est, ac ne hoc quidem, quod [paene]<sup>4</sup>

- <sup>2</sup> Supplied by Müller.
- <sup>3</sup> conpos ipse Lipsius: conposito.
  <sup>4</sup> Deleted by the editor after Müller.

servitude from the time of Catiline to that of Antony."

Whenever historians relate the death of a great man, they almost invariably give a summary of his whole life and pronounce a kind of funeral eulogy. This was done once or twice by Thucydides,<sup>1</sup> and Sallust observed the practice in the case of a very few personages. The generous Livy bestowed it on all great men. Later historians have been much more lavish. Here is-to use the Greek word-Livy's

"epitaph" on Cicero: "He lived sixty-three years: 22 so that if no force had been brought to bear his end could not be thought premature. His genius was fortunate in its works and their rewards: he himself long enjoyed good luck. But during the long flow of success he was from time to time afflicted with great wounds, exile, the collapse of his party, the death of his daughter and his own grievous and bitter end. Yet of all these disasters he faced none but his death as becomes a man: and even that to a truthful critic might have seemed the less undeserved in that he suffered at the hands of his victorious enemy no more cruelly than he would have acted had he himself enjoyed that good fortune. But, weighing his virtues against his faults, he was a great and memorable man: and to sing his praises one would need a Cicero for eulogist." Livy, naturally the most fair-minded judge of all great genius, gave Cicero his full meed of praise.

It is not worth recording the eulogy accorded to 23 Cicero by Cremutius Cordus; nothing in it is worthy

<sup>1</sup> e.g. Pericles (2.65). For Sallust, see R. Syme, Sallust, 196. For e.g. Tacitus, see Syme, Tacitus, 313.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Gronovius.

maxime tolerabile est. CREMUTI CORDI. Proprias enim simultates deponendas interdum putabat, publicas numquam vi exercendas:<sup>1</sup> civis non solum magnitudine virtutum sed multitudine quoque conspiciendus. AUFIDI BASSI. Sic M. Cicero decessit, vir natus ad rei publicae salutem, quae diu defensa et administrata in senectute demum e manibus eius elabitur, hoc<sup>2</sup> ipsius vitio laesa, quod nihil in salutem eius aliud illi quam si caruisset Antonio placuit. Vixit sexaginta et tres annos, ita ut semper aut peteret alterum aut invicem peteretur, nullamque rem rarius quam diem illum quo nullius interesset ipsum mori vidit.

- Pollio quoque Asinius, qui Verrem, Ciceronis reum, 24 fortissime morientem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, testimonium tamen quamvis invitus plenum ei reddidit. ASINI POLLIONIS. Huius ergo viri tot tantisque operibus mansuris in omne aevum praedicare de ingenio atque industria supervacuum (est).<sup>3</sup> Natura autem atque Fortuna pariter obsecuta est ei, si quidem facies decora ad senectutem prosperaque permansit valetudo; tum pax diutina, cuius instructus erat artibus, contigit; namque ad priscam severitatem iudiciis exactis maxima noxiorum multitudo provenit, quos 572M obstrictos patrocinio incolumes plerosque habebat; iam felicissima consulatus ei sors petendi et gerendi magno munere <sup>4</sup> deum, consilio  $\langle suo \rangle$ <sup>5</sup> industriaque.
  - <sup>1</sup> vi exercendas Gertz, Müller: uides credendam.
  - <sup>2</sup> hoc Gertz: non.
  - <sup>3</sup> supervacuum est *Schott*: superba.
  - <sup>4</sup> magno munere Müller: magna munera.
  - <sup>5</sup> Supplied by Shackleton Bailey.

of Cicero, not even this, which is more tolerable than the rest: "Private differences he thought should sometimes be laid aside: public ones should never be worked out by force. He was a citizen conspicuous alike for the greatness and the number of his virtues."

AUFIDIUS BASSUS. "So died Cicero, a man born to save the state. Long did he defend and administer it; then in his old age it finally slipped from his grasp, shattered by this personal mistake—his policy that it could only be saved if Antony were got rid of. He lived for sixty-three years, always attacking another or himself under attack; no sight was rarer for him than a day on which his death was in no-one's interest."

Asinius Pollio, too, who recorded the brave death 24 of Cicero's victim, Verres, is the only historian to relate Cicero's death in a carping tone; yet, however unwillingly, he gave him full praise. "This man's works, so many and so fine, will last for ever; and there is no need to pronounce on his genius and his industry. Nature and fortune smiled alike on him; for good looks and good health remained with him to old age. Further a long period of peace,<sup>1</sup> in whose arts he was well equipped, came his way. The forms of law were being enforced with antique vigour, and there was a great crop of guilty men, many of whom he defended successfully and so bound to himself. Thanks to the great favour of the gods and his own wisdom and energy, he was very fortunate in his candidature for and administration of the consulship.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Between Sulla and the civil wars.

Utinam moderatius secundas res et fortius adversas ferre potuisset! Namque utraeque cum evenerant ei, mutari eas non posse rebatur. Inde sunt invidiae tempestates coortae graves in eum certiorque inimicis adgrediendi fiducia; maiore enim simultates adpetebat animo quam gerebat. Sed quando mortalium nulli virtus perfecta contigit, qua maior pars vitae atque ingenii stetit, ea iudicandum de homine est. Atque ego ne miserandi quidem exitus eum fuisse iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem

25 putasset. Adfirmare vobis possum nihil esse in historiis eius hoc quem rettuli loco disertius, ut mihi tunc non laudasse Ciceronem sed certasse cum Cicerone videatur. Nec hoc deterrendi causa dico ne historias eius legere concupiscatis; concupiscite et poenas Ciceroni dabitis.

Nemo tamen ex tot disertissimis viris melius Ciceronis mortem deploravit quam Severus Cornelius.

#### Corneli Severi

oraque magnanimum spirantia paene virorum in rostris iacuere suis; sed enim abstulit omnis, tamquam sola foret, rapti Ciceronis imago. tunc redeunt animis ingentia consulis acta

26

### SUASORIAE 6.24-26

Would that he could have shown more temperateness in prosperity, more stoutness in adversity! For when either had befallen him, he could not visualise their ever changing. Hence storm-clouds of hatred gathered heavily over him, giving his enemies the more confidence in their attacks on him-for he displayed more spirit in picking quarrels than in carrying them through. But it has fallen to no mortal to be perfectly virtuous: one must judge of a man in accordance with the greater part of his life and character. Indeed, I should not judge him as having even met an end to be pitied, were it not that he thought death so pitiable." I am ready to swear to 25 you that there is nothing in his history more eloquent than the passage I have cited; Pollio, I think, here not merely praises Cicero—herivals him. I do not say this to deter you from a strong desire to read his history. Desire to do so—and you will make amends to Cicero.1

But none of all these eloquent men lamented the death of Cicero more finely than Cornelius Severus:<sup>2</sup>

- "The heads of great-hearted men, still almost 26 breathing,
  - Lay on the rostra that were theirs: <sup>3</sup> but all were swept away
  - By the sight of the ravaged Cicero, as though he lay alone.
  - Then they recalled the great deeds of his consulship,

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> For (apparently) Pollio's malice elsewhere. But the phrase is very strange (it should mean: "Cicero will punish you").

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Morel, Frag. poet. Lat., 118–19. Full commentary in H. Homeyer, Annales univ. Saraviensis (phil. Fak.) 10 (1961), 327–34. Compare especially Cremutius Cordus in §19 above. <sup>3</sup> Cf. Florus 2.16.

iurataeque manus deprensaque foedera noxae patriciumque nefas extinctum:<sup>1</sup> poena Cethegi 573M deiectusque redit votis Catilina nefandis. quid favor aut coetus, pleni quid honoribus anni profuerant? sacris exculta quid artibus aetas? abstulit una dies aevi decus, ictaque luctu conticuit Latiae tristis facundia linguae. unica sollicitis quondam tutela salusque, egregium semper patriae caput, ille senatus vindex, ille fori, legum ritusque togaeque, publica vox saevis aeternum obmutuit armis. informes voltus sparsamque cruore nefando canitiem sacrasque manus operumque ministras tantorum pedibus civis proiecta superbis proculcavit ovans nec lubrica fata deosque respexit. nullo luet hoc Antonius aevo. hoc nec in Emathio mitis victoria Perse nec te, dire Syphax, non fecit  $\langle in \rangle$  hoste Philippo; inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha afuerunt, nostraeque cadens ferus Hannibal irae membra tamen Stygias tulit inviolata sub umbras.

<sup>1</sup> extinctum Gronovius: est tunc.

# SUASORIAE 6.26

The conspiracy, the wicked plot he uncovered, The aristocrat's crime he smothered;<sup>1</sup> they recalled Cethegus' punishment, Catiline cast down from his impious hopes. What availed his popularity with the mob, his years Full of honour, his life adorned by sacred arts? One day took away the glory of an age, and struck by grief The eloquence of the Latin tongue grew dumb with sadness. Once the sole guard and saviour of the distressed, Always the glorious leader of his country, champion Of the senate, bar, laws, ritual, civil life, Voice of the public-now silenced for ever by cruel arms. The defaced countenance, white hairs horribly sprinkled With blood, the sacred hands, that had served such great works, His countryman threw down and trampled with haughty feet, In triumph, not thinking of fate's slipperiness Or the gods. Antony will never pay in full for this. Victory was kind, and never did such a thing To Emathian Perses, dire Syphax or our enemy Philip.<sup>2</sup> When Jugurtha was led in triumph, there was No mockery, and when fierce Hannibal fell to our wrath He took unharmed limbs down to the shades of Styx."

<sup>2</sup> For these defeated enemies of Rome, see Index of Names. With the whole context, cf. Juv. 10.286-8.

 $<sup>^{\</sup>rm 1}$  The conspiracy of Catiline (63 b.c.), in which Cethegus was involved.

27 Non fraudabo municipem nostrum bono versu, ex 574M quo hic multo melior Severi Cornelii processit:

conticuit Latiae tristis facundia linguae.

Sextilius Ena fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, inaequalis poeta et plane quibusdam locis talis quales esse Cicero Cordubenses poetas ait,  $\langle pingue \rangle$  quiddam sonantis atque peregrinum. Is hanc ipsam proscriptionem recitaturus in domo Messalae Corvini Pollionem Asinium advocaverat et in principio hunc versum non sine assensu recitavit:

deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae. Pollio Asinius non aequo animotulitetait: "Messala, tu quid tibi liberum sit in domo tua videris; ego istum auditurus non sum, cui mutus videor," atque ita consurrexit. Enae interfuisse recitationi Severum quoque Cornelium scio, cui non aeque displicuisse hunc versum quam Pollioni apparet, quod meliorem quidem sed non dissimilem illi et ipse conposuit.

Si hic desiero, scio futurum ut vos illo loco desinatis legere quo ego a scholasticis recessi; ergo, ut librum velitis usque ad umbilicum revolvere, adiciam suasoriam proximac<sup>1</sup> similem.

<sup>1</sup> Warmington suggests proxime or suasoriae proximam similem.

# SUASORIAE 6.27

I shall not deprive my fellow townsman of the credit 27 for a good line that gave rise to the even better one by Cornelius Severus:

"The eloquence of the Latin tongue grew dumb with sadness."

Sextilius Ena was a man of talent rather than learning, an uneven poet, and in some passages very like the poets of Corduba as described by Cicero,<sup>1</sup> with " a thick and foreign tone." Proposing to recite on the subject of this same proscription in the house of Messala Corvinus, he had invited Asinius Pollio. And he started his recital with a line that was greeted with some applause:

" I must lament Cicero and the silence of the Latin tongue."

Asinius Pollio did not take this lying down. He said:

"Messala, you can decide for yourself what goes on in your own house; I do not propose to listen to someone who thinks I am dumb"—and he immediately got up. I know that Cornelius Severus was also present at Ena's recitation; and it's obvious that he didn't dislike the line as much as Pollio, seeing that he composed a similar, though better, line himself.

If I stop at this point, I know you will stop reading where I abandoned the schoolmen;<sup>2</sup> so, to encourage you to unwind the book right to the end of the roll, I shall append a *suasoria* on a subject related to its neighbour.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Arch. 26. <sup>2</sup> i.e. at §16.

# SUASORIAE 7.1

# VII

Deliberat Cicero an scripta sua conburat, promittente Antonio incolumitatem si fecisset.

Q. HATERI. Non feres Antonium; intolerabilis in 575M 1 malo ingenio felicitas est nihilque cupientis magis accendit quam prosperae turpitudinis conscientia. Difficile est; non feres, inquam, et iterum inritare inimicum in mortem tuam cupies. Quod ad me quidem pertinet, multum a Cicerone absum; tamen non taedet tantum me vitae meae sed pudet. Ne propter hoc quidem ingenium tuum amas, quod illud Antonius plus odit quam te? Remittere ait se tibi ut vivas, commentus quemadmodum eripiat etiam quod vixeras. Crudelior est pactio Antonii quam proscriptio. Ingenium erat in quod nihil iuris haberent triumviralia arma. Commentus est Antonius quemadmodum, quod non poterat cum Cicerone ⟨proscribi, a Cicerone⟩<sup>1</sup> proscriberetur. Hortarer te, Cicero, ut vitam magni aestimares si libertas suum haberet in civitate locum, si suum in libertate eloquentia, si non civili ense cervicibus luderetur;<sup>2</sup> nunc, ut scias nihil esse melius quam mori, vitam tibi Antonius promittit. Pendet nefariae proscriptionis tabula: tot praetorii, tot consulares, tot equestris ordinis viri periere; nemo relinquitur nisi qui servire

594

7

#### Antony Promises to Spare Cicero's Life if he Burns his Writings: Cicero Deliberates whether to do so $^1$

QUINTUS HATERIUS. You will not be able to put up 1 with Antony. In an evil personality prosperity cannot be borne; nothing provokes the greedy more than the realisation that their baseness is bearing fruit. It is difficult: you will not be able to put up with him, I repeat, and you will long to goad your enemy a second time to kill you.—As for me, I am far from being Cicero: but I am ashamed of life as well as tired of it.—Does not the fact that Antony hates your genius more than he hates you make you love it the more?—He says he gives you your life—but he has found a way of stealing even your past from you. Antony's bargain is more cruel than his proscription. It was your genius against which the weapons of the triumvirs were powerless. Antony has devised a way of making Cicero proscribe what could not be proscribed along with Cicero.-I should advise you, Cicero, to rate your life high if freedom held its proper place in the state, if eloquence held its proper place in a free community, if our necks were not the sport of our countrymen's swords. As it is, Antony is promising you your life-so you may be sure that nothing is preferable to death. There hangs the notice proclaiming this wicked proscription: so many ex-praetors, so many ex-consuls, so many men of equestrian rank have died; no-one is left except those

<sup>1</sup> See S. 6 n., with S. 6.14.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Supplied by Müller, following Bursian.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> luderetur Bornecque : luerentur.

possit. Nescio an hoc tempore vivere velis, Cicero; nemo est cum quo velis. Merito hercules illo tem- 576M pore vixisti quo Caesar ultro te rogavit ut viveres sine ulla pactione, quo tempore non quidem stabat res publica, sed in boni principis sinum ceciderat.

2 CESTI PII. Numquid opinio me fefellit? Intellexit Antonius salvis eloquentiae monumentis non posse Ciceronem mori. Ad pactionem vocaris, qua pactione melior ante  $\langle te \rangle^1$  pars tui petitur. Adcommoda mihi paulisper eloquentiam (tuam);<sup>2</sup> Ciceronem periturum rogo. Si te audissent Caesar et Pompeius, neque inissent turpem societatem neque diremissent; si uti umquam consilio tuo voluissent, neque Pompeius Caesar(em aluisset neque Pompeium violasset Caesar>.3 Quid (referam><sup>4</sup> consulatum salutarem urbi, quid exilium consulatu honestius, quid provocatam inter initia adulescentiae libertate tirocinii tui Sullanam potentiam, quid Antonium avulsum (a)<sup>5</sup> Catilina, rei publicae redditum? Ignosce, Cicero, (si)<sup>6</sup> diu ista narravero: forsitan hoc die novissime audiuntur. 3 Si occidetur Cicero, iacebit inter Pompeium patrem

<sup>1</sup> ante te Gertz: inte.

- <sup>2</sup> Supplied by Schultingh.
- <sup>3</sup> Supplied by Shackleton Bailey.
- <sup>4</sup> Supplied by Müller.
- <sup>5</sup> Supplied by Gronovius.
- <sup>6</sup> Supplied by Schott.
- <sup>1</sup> Cf. Haterius in S. 6.1.

# SUASORIAE 7.1-3

capable of being slaves. I do not know, Cicero, if you want to live at this time; no-one remains *with* whom you would wish to live.<sup>1</sup> You were surely right to decide to live when Caesar, without being begged, asked you to live, no terms laid down.<sup>2</sup> That was at a time when the republic was not standing, I agree—but at least it had fallen into the lap of a good master.

CESTIUS PIUS. Is my judgement at fault? Antony 2 has realised that so long as the products of Cicero's eloquence survive, Cicero cannot die. You are invited to come to terms, terms by which the better part of yourself is assaulted before you are. Lend me, for a while, your own eloquence: the Cicero I beg is doomed.-If Caesar and Pompey had listened to you, they would not have entered on their shameful alliance—or broken it;<sup>3</sup> if they had ever been ready to take your advice, Pompey would not have succoured Caesar, Caesar would not have done outrage to Pompey.-I need hardly speak of your consulship that saved the city, of your exile that was yet more honourable than your consulship, of the challenge to the dominance of Sulla that you offered in your extreme youth by the outspokenness of your earliest speeches,<sup>4</sup> of how Antonius was torn from Catiline and restored to the cause of the republic.<sup>5</sup> Forgive me, Cicero, if it takes a long time to narrate these events: perhaps today they are heard for the last time of all.-If Cicero is killed, he will lie alongside 3

<sup>3</sup> So Cicero claims (*Phil.* 2.24).

<sup>4</sup> Especially the pro Roscio Amerino, where Cicero attacks a favourite of Sulla's (80 B.C.).

<sup>5</sup> C. Antonius.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> After Pharsalus.

filiumque et Afranium, Petreium, Q. Catulum, M. Antonium illum indignum hoc successore generis; si servabitur, vivet inter Ventidios et Canidios et Saxas: ita dubium est utrum satius sit cum illis jacere 577M an cum his vivere? Pro uno homine iactura publica pacisceris. Scio omne pretium iniquum esse quod ille constituit: non emo tanti Ciceronis vitam quanti vendit Antonius. Si hanc tibi pactionem ferret: vives, sed eruentur oculi tibi, vives, sed debilitabuntur pedes: etiamsi in alia damna corporis praestares patientiam, excepisses tamen linguam. Ubi est sacra illa vox tua: "mori enim naturae finis est, non poena "? Hoc tibi uni non liquet? At videris Antonio persuasisse. Adsere te potius libertati et unum crimen inimico adice: fac moriendo Antonium nocentiorem.

- 4 P. ASPRENATIS. Ut Antonius Ciceroni parcat, Cicero in eloquentiam suam ipse animadvertet? Quid autem tibi sub ista pactione promittitur? ut Cn. Pompeius et M. Cato et ille antiquos restituatur rei publicae senatus, dignissimus apud quem Cicero loqueretur? Multos care victuros animi pusilli<sup>1</sup> contemptus oppressit; multos perituros parati ad pereundum animi ipsa admiratio eripuit et causa illis vivendi fuit fortiter mori. Permitte
  - <sup>1</sup> pusilli C. F. W. Müller: sui.

# SUASORIAE 7.3-4

